

John Carter Brown Library

*Purchased with the assistance of the*

MARY ANN LIPPITT

BOOK FUND





# GERMANIÆ

Provinciarum Europæ Amplissi-  
mæ & Potentissimæ

## CHRONOLOGIA.

*Qua rerum & eventuum  
memoratu digniorum Series Com-  
pendiosa ad annos refertur.*

Opera & studio

R.P.F. GABRIELIS BUCELINI,  
Ascetæ Theologi Ord. S.P. Benedicti  
Imperialis Monasterij Weingartensis,  
Prioris S. Joannis Bapt. in oppido  
Veldtkirch.



*Cum Privil. & facultate Superiorum.*

FRANCOFURTI,  
Sumptibus viduæ JOAN. GÖRLINI.

M DC LXIV.

conterranei vestri, originem sui generis ipsa appellatione preferant ab Germanis alienam, Vos in omni jure & ditione vestra pure Germanam. Et sanè etsi tot seculorum decursu, vix alibi, quam in Rætia supera, Majores Vestri stabili sede confederint, certum tamen est, Imperij semper liberis accensam Baronibus, cum iisdem Ludis solemnissimis Equestribus semper interfuisse, & inter spectatissimas totius Germaniæ semper habitas fuisse. Sed & sub signis S. Georgij Equestris Germanicæ & Suevicæ Nobilitatis Schoonensteinios à multis seculis accensos, extra omnem controversiam est, cui plurimi Illustrissimi Comites & S.R.I. Barones nomen dedere, magno olim & præstantissimo,

sumo, Nobilitatis eximia cūm pro-  
banda tūm exercenda argumen-  
to. Ita ipsa quoq̄, Germania mea  
Vos vestrumq̄, nomen exambivit,  
quam nullus dubito, gratanter  
quoq̄, & cum plausu excipietis.  
Hæc nomen Vestrum, etsi cætera  
gloriosum, & militari inprimis  
Virtute toti Europæ conspicuum,  
preferre in facie totius orbis gestit,  
& in Schorvensteinijs suis con-  
spici, in Ehrenfelsijs expetit hono-  
rari, quibus cum communia sibi  
Author, non tam ab auri & ar-  
genti-fodinis, quam Marmore  
pollicetur, à quo & Vobis non mi-  
nima fortuna pars Haldensteinium  
accessit in signe prisca Nobilitatis  
monimentum loco tamen uni sua  
mole affixit, quod ut perennius es-  
set, nec uno solum loco, ut quæ ex

Marmore & ære, consisteret,  
alterum ego, hoc ipsum, ponere  
volui, quod ubi vis esset, & in Eu-  
ropam evolaret universam, æter-  
num juxta, mea & observantia,  
& necessitudinis argumentum.  
Vivite feliciter, & Familiæ Vestræ  
antiquissimæ & Illustrissimæ, per-  
gite semper honori consulere, satis-  
facere magnæ omnium de Vobis  
expectationi. - Veldtkirchij Rha-  
torum II. Cal. Februar. anni  
M DC LXIII.


Ill. <sup>marum</sup> Dominat. Vestr.

*Observantissimus*

P. F. GABRIEL BUCELINUS.

SCHA-





# SCHAVVENSTEINIÆ

## Familiæ deductio.

Henricus Baro ab Ehrenfels, in Ludis Equestr.  
Augustæ Vindelicorum anno 1080.

Bruno Liber Baro ab Ehrenfels. 1120. Ux. N.

Conradus L.B. restaurat arcem Ehrenfels. 1169. Eginolus L.B. ab Ehrenfels  
Episc. Curiens. 1174.

Bruno Episcopus Eginolus sive Eginolphus Henricus  
Curiensis 1181. ob. L.B. ab Ehrenfels. 1181. L. B. 1181.

Godefridus L.B. ab Ehrenfels 1238. Ux. N.

Conradus L. B. Henricus L. B. Burcardus in Gaspar  
ab Ehrenfels. 1284. Ux. N. Schavvenstein 1257. 1276.

Staufferus ab Ehrenfels. Rudolphus & fra-  
claruit an. 1334. Ux. N. tres. Vide tab. seq.

Henricus Baro ab Ehrenfels & Stauffen  
claruit anno Christi 1362. Uxor N.

Leonardus ab Ehrenfels Dominus in Stauffen.  
claruit anno Christi 1374. Uxor N.

Conradus Baro ab Ehrenfels, Melchior Liber  
& Stauffen. 1396. Ux. N. Baro ab Ehrenf. 1390.

Plures ab Ehrenfels, Theodoricus L. B. N. Baro in  
in Ludis Ratisp. 1412. in ijsd. Lud. 1412. Lud. Landhut.  
1439.

Bernardinus in Ludis E- Hieronym. de Stauffen  
quest. Mogunt. anno & Ehrenfels clar.  
1480. 1487.

Rudolphus Baro & Dominus in Ehrenfels, Burcardi  
 filius, frater Egenolphi, Vdalrici Burcardi  
 & Joannis Equit. ob. 1333. Vx. N.

Albertus ab Ehrenfels.  
 Eq. ob. 1385.  
 Guta Abbatissa in Ca-  
 tzes ob. 1382.  
 Rudolphus ab Ehren-  
 fels in Schovvenstein,  
 1386. Vxor N.  
 Joannes Eques. Vxor  
 Nela ab Alsterru-  
 1380.  
 Vdalricus à Schovven-  
 stein Canonicus Cu-  
 riensis 1378.  
 Eginolphus à Scho-  
 vvenstein. Vx. Eli-  
 sab. de Vnder Tag-  
 stein.  
 Vila de Schovvenstein.

Anna Vx. Trelsi de  
 Planca. 1394.  
 Vdalricus. 1394.  
 Burcardus Eques  
 1392. & 1414.  
 Godefridus à Scho-  
 vvenstein Vicedo-  
 minus in Carzes.  
 1401.  
 Hermannus de Scha-  
 vvenstein.  
 Georg. Candn. Cur.  
 Rudolphus à Scho-  
 vvenstein cl. 1400.  
 Elisabeth. Vx Ortho-  
 nis de Schenck.  
 Joan. Canon. Cur.

Lucius Con sul Curienfis 1498.  
 Magdal. Vx. Joan Jacobi de Raitnav.  
 Agnacogn. Graunda.  
 Jacobus de Schavvenst. Vxor N.

Ochier ab Ehrenfels.  
 1480.  
 Georgius ab Ehren-  
 fels & Schovven-  
 stein. Vxor Anna  
 de Stampa.  
 Rudolphus de Scho-  
 vvenstein. 1520.  
 Henricus de Scho-  
 vvenstein.  
 Gaspar de Schovven-  
 stein.  
 Joannes à Schovven-  
 stein.  
 Georgius & c.

Remigius de Schovvenstein in Ehrenfels, Vx. Vrsula L. B. de Sax.  
 Rudolph. ab Ehrenf. Domin. in Campel.

Julius Ortho de quo pag. seq.

Julius Ottho ab Ehrenfels & Schavvenstein, 1545.  
 Vxor Barbara de Cappaulo.

Lucius, Vxor. N. de Schams.

Remigius Capitan. Vx. de Gungeberg.

Rudolphus Colonellus Gubern. Vallis Telinae Vxor Barbara de Marmels.

Jacobus. Vx. Barb. Pufferla. Haruicus sive Hercules. Vx. N. de Monte.

Georgius Eques Ord. Melit. Perpetua Vx. 1. Marthae de Monte. 2. Joannis de Monte.

Elisabeth. Vx. Gandentij de Caselmaur.

Catharina Vx. Jacobi de Schavvenstein.

Gaspar. Vx. Vrsula de Planta.

Julius & Perpetua.

Jacobus à Schavvenstein. Vx. Barbara de Cappaulo.

Lucius Cap. Gall. Vx. 1. Amalia de Monte. 2. Anna Enderlina ab Haruick 3 de Halla.

Rudolph. L. B. Colonell. Eq. S. Mich. Vx. 1. Anna de Planta 2. Margar. de Menhardis.

Lucretia Vx. Joan. à Travers. Georg. Carolus Vx. Violant. ab Hohenbalken

Thomas ab Ehrenfels L. B. Vx. Regina ab Hartman.

Vx. Anna. Vx. vespasiani à Salis.

Gaspar Vx. 1. Cathar. de Florino. 2. Anna de Cap-paul.

Marit. Vx. Barthol. de Planta.

Rudolph. & Jo. Frider.

Joannes Georgius. Carolus & Jacobus.

Thomas L. B. ab Ehrenfels Capit. Vx. 1. Hester de Valier. 2 Leonora de Merla.

Henricus Capitan. Guardiar Regia. Vx. Elisabetha de Monte.

Barbara & Margar. Rudolphus & Elisabeth.

Gaspar & Hartman.

Anna Maria Vx. Franc. Christoph de Pappenheim.

Julius Ottho L. B. Vx. Mar. Elis. de Pappenheim.

Thomas Vx. Marg. à Salis.

Thomas & Vrsula.

Thomas Georg Phil. Amelia, Vx. Joan. Rud. Marg. Vx. & pl. lib. Rud. à Sal. Vinc. Melch. in Mont.

;) ( ) 5

COM.

COMPENDIOSISSIMA

Germaniæ Descriptio.

**G**ermaniam aliàs tomis tribus Orbi conspicuam magna ex parte dedimus, tertio sub manu etiamnum sudante. Nunc pauculis verbis obiter tangimus. Germania Europæ Regnorum, facile Princeps, amplitudine, potentia, majestate procul dubio omnibus alijs longè præstat, etsi delicijs, quæ animos enervant, ab alijs omnibus vinci videatur. Eam, suis contenta, facile cedit victoriam, cætera invictissima, & quæ tot gentium olim Dominæ, Augustam extorserit, & penes se usq; hodie retinuerit, Majestatem. Populus siquis ullus alius, animi integritate & candore, juxta vires & decus corporis, incomparabilis. Apud quos, si ullos  
alios

alios Europæ honestissima studia passim vigeant, non artium solum Mechanicarum, sed liberalium, ita ut nullum penitus, Orbis universi Regnum seu Imperium, tot frequentissimas Studiosorum numero Academias habeat, & Universitates. Principes, post Cæsarem Regemque Germaniæ & Bohemiæ, habet, Regibus pares, ita ut haud immerito Cæsar Rex Regum appelletur. Horum præcipui octo, hodie, Electores sunt, quorum non minor potentia est, quam Auctoritas. Et quid de Archiducibus dicam, quorum potentia, etiam absq; Cæsare Augusta est, & longe Regiam excedit Majestatem, si tot provinciarum & ditionum annuos redditus appendas quæ ad tantum splendorem familiæ accessere. Cæterorum Principum Brunsvicensium, Lunæburgensium Saxo - Weinmariensium Lavenburgiorum Hassiacorum, Wirttenbergensium &c. Regia planè omnia, & major quam multorum Europæ Regum apud subditos auctoritas. Certè

Comitatuū plurimorū, Mansfeldi-  
ci, Oldenburgij, Nassovij Waldecij,  
Erpachij &c. longe amplior ditio, &  
jurisdictio, quam integrorum olim in  
Hispanijs Regnorum, priusquam Reg-  
na illa omnia, in unum ex fortuna Au-  
striadum coalescerent. Provinciarum  
Germaniæ frequentiam ex incredibili  
penè Urbium & oppidorum numero  
facile æstimes, uti parte I. Germaniæ  
nostræ demonstravimus, si vel unam  
tantum alteramve inspicias, quarum  
e. g. unica Moravia, ante supremam  
belloꝝ illuviem, Urbes atq; oppida  
majora & insigniora centū, ex recen-  
sione Gasparis Laudismanni, minora  
410. Silesia 411. continuit. Certè in-  
ferioris Germaniæ Comitatus Fland-  
riæ, totus ferè, quantus est, una cense-  
ri civitas pōsset; Golnizius Urbes &  
oppida duo & sexaginta numerat. Et  
quid primum de splendore & majesta-  
te Urbium dicam? De amplissima &  
Sanctissima Colonia, de munitissimo  
Argentorato, de excultissima Antver-  
pia;

pia; de opulentissimo Amsterodamo, quæ urbs una sæpe septimana plus lucri habeat, quam semestri spatio, famosissima illa Civitas Venetiarum. Fluvij irrigua maximis est Germania, quos inter Cæsarem merito Rhenus agit, Danubius Imperatricem, etsi hunc filiali potius nomine censeas, utpote per occultos terræ meatus è visceribus Rheni emergentem. Ille quaquaversum fluat, terram ita fœcundam reddit, ut paradysum existimes Voluptatis; nobilissimis Urbium ad littora conditis, quæ tantis delicijs, simulque aquarû limpidissimarû fruantur commoditate. Proximi Amysus, Mœnus, Necarus, Albis, Odera, Visurgis, Vistula, Athesis, & plurimi alij, omnes delicatissimis piscibus referti; unde fit, ut Germania (si delicata illa Italiæ & Galliæ atq; Hispaniæ vina & fructus paucos excipias) illas omnes longè exsuperet, necessariorum omnium copia & ubertate. Nec multum desideres Vina Hispanica atq; Maluatica, quæ

quæ ipsimet apud quos nascuntur, non nisi diluta bibunt, & vix absque magno valetudinis incommodo, dum Germani, Rhenana Mosellanica, Neccarica aliaq; reparandæ valetudini, utiliter adhibent, etsi & illa peregrina nuspiam desint unâq; comportata, adeo ut plus sæpe una exhauriat, quam in provincijs illis, ubi vina sunt nata, reservetur. Frumenti immensa est copia, pascua lætissima. Sylvæ amplissima & amœnissima, quarum Princeps Hercinia, quæ Cæsaris testimonio, ad sexaginta dierum iter in longum, & novem in latum exporrigitur. Montium præcipui: Mons Isidis, Melibocus, Hessus, Senus, Suevus, Rhæticus, Vocetius, Arulæ &c. E quibus sunt fontes aquæ dulcis, sunt thermæ calidæ, sunt mineræ salis plurimæ; Metallorum autem, nempe auri, argenti, stanni, plumbi, æris & ferri copia, quin & pretiosorum lapidum, nullis unquam exteris cessura Regnis, ut haud immerito Imperij Romani Majesta-



jestatem, postquam Christi imbulata  
Legibus, barbariem exuit, Germania,  
meruisse sua Sinceritate, juxta tanta  
provinciae dona videatur. Cætera  
Germaniæ, tomis nostris supra me-  
moratis reperies. Nunc  
Chronologiam sub-  
jungamus.




SALI-

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.



1112

Ex temporanea Præcipuorum Ger-  
 mania Locorum Geographica ad libratio.



RPJCB



R E R U M  
G E R M A N I C A R V M  
C H R O N O L O G I C A  
descriptio.

A U T H O R E

*R. P. Gabriele Bucelino Benedict.*

*Asceta Imperialis Monasterij Wein-  
gartensis, Priore S. Joan.  
Veldtkirch.*

- 
- A. C. Christo nato Germania, ut & reliquis orbis  
1. summa pace requievit, Clogione Re-  
gnante cujus Amicitiam officijs Augu-  
stus Imp. demeruit.  
3. Quietis rebus inquieti Teutones præsidia  
Romanorum multis locis imposita, eji-  
cere deliberant, & primævam sese in Li-  
bertatem asserere.  
5. Edocti à præsidiarijs Romani, & ipsi arma  
parant Expeditioni Claudius Tiberius  
Nero præficitur.  
6. Tiberius inexpectatus Germanis supervē-  
nit, Saxones & Hollandos compescit,  
ereptas Urbes recuperat.  
7. Vix digresso in Urbem Tiberio resumunt  
arma qui summa acceleratione rediens,

A. C.

- Misnenses, Suevos, Longobardos, Wandalos, Cauchos & Marchiæ populos compefcit.
8. Dum alios & alios premit Tiberius, alij & alij arma in Romanorum provincias vertunt, Pannoniam & Bohemiam vastant.
9. Germani Pannoniæ, Illyrico, Dalmatiæ & Croatiæ infusi multa millia Roma cædunt, donec à Tiberio devicti in Ruffiam ejicerentur.
10. Nunc primum bellum Pannonicum contra Germanos conficit Tiberius, minimè sibi incruentum.
11. Germanis denuo in Romanos insurgentibus, Augustus Quintilium Varum cum 3. lectissimis Legionibus, & 30. millibus auxiliarium in eisdem mittit.
12. Teutones Arminio Duce Varum aggressi profligant, Romanorum ad 50. millia cæsis, ingemifcente Augusto.
13. Ufus fortuna Arminius Romanos omnes Saxonia & Thuringia ejicit. Alpenas & Ceditus cum suis Rom se subducunt.
14. Tiberius cum C. Silio Coff. repente Germanos opprimens, multam cædem edit. Syllivus & Silius à Germanis profligantur. Ulturus Tiberius tantum non interfectione deletur.
15. Germani pulsis Rom. præfidijs toti sunt in muniendis urbibus, fœdera ineunt, arma parant.
16. Mortuo Augusto succedit Tiberius juratus German. hostis, qui Germanicum nepotem

A.C.

- tem cum 8. Legionibus, & magno confæderatorum exercitu mittit. Hi Catos vino sepultos obruunt.
17. Germanicus nunc Coloniam, nunc Fabianam convolans, multa suorum millia perdit, qui cum ipse, tum Cécinna mox ultra sunt.
18. Germani Publium Vitellium cæsis 12 milibus profligant, & supervenientem Germanicum simili clade afficiunt.
19. Tiberius Germanicum revocat. Germani quiete abusi semetipsos affligunt. Gozbalus & Arminius Bohemiam vastant.
20. Moritur Clogio Francorum Teutonum Rex imperterritus & gloriosissimus, succedit Herimer filius, Gallorum terror.
21. Arminius gloriosissimus bello Dux, veneno, artibus Romanorum & verosimile est, tollitur.
22. Herimer Rex Gallias vastans, in Hispanias usque arma profert. Vexati exactionibus Germani, in Ungaria, Saxonia, Thuringia multa Romanorum millia obtruncant.
23. Romani Germanos Gallia & Burgundia non absque prodicione præfectorum ejiunt, hos Herimer igne exurit.
24. Dum Silo Rom. Galliæ Præses Germanis urbes extorquet, Herimer superveniens, Romanos denuo ejicit.
25. Continuatur à Romanis Germanisq; alterante fortuna bellum Gallicum, Rutheni Daniam expugnant.
26. Germani & Gotthi in Thraciam usque ef-

## A. C.

- fusi, præfidiarios passim obtruncant, captis urbibus & communis.
27. Romani per Thraciam nostros urgent, qui priusquam deditioem facerent se cum urbibus, uxoribus & liberis exurunt.
28. Germani uxores & liberos ob avaritiam Tiberij vendere coacti, denuo rebelles, per Frisiam maximè in Romanos sæviunt.
29. Ijdem Olenium Præsidem dirissimum exactorem in arce quadam obsident, captumque cum 13. millibus Romanorum trucidant.
30. Olenio subsidio venturus è Brabantia L. Apronius & ipse cum quinta Legione cæditur & Romani Frisia ejiciuntur.
31. Absentia Apronij benè usus Rex Herimer. Brabantiam occupat, urbesq; expugnans multa millia Rom. obtruncat.
32. Lentulus Getulicus contra Herimerum missus, hoc nimium ferventer in cuneos involante occiso, victoria potitur.
33. Marcomirus Herimeris frater Rex salutatur, in omnem se partem, ulciscendæ necis fraternæ causa, se extendit.
34. Germania patienti Christo concutitur, extantibus etiamnum, ut volunt, signis horrendi terræ motus.
35. Gallos subinde, mox Romanos in Germania vexat Marcomirus, nullo tamen operæ pretio, dum Getulicus Romanis invigilat.
39. Tiberio mortuo monstrum Cæs. Caligula salutatur, qui Germanici affectans nomen bellum German. strenuè molitur.



A. C.

40. Marcomirus omnem fere Germaniam ad defectionem provocat, contra quem missus Galba, satis feliciter rem gerit.
41. Caligula ipse grandi cum exercitu occurrit, urbesq; aliquot expugnat, prope Coloni- am pretiosissimo ponte structo.
42. Sola occurrentium Germanorum fama ter- ritus Caligula in fugam vertitur, illi mul- ta millia cædunt, auro hostem placat Imp.
43. Vivilo Suevorum Rex Vannium Quadum à Romanis obtrusum, graviter infectatur. Caligula præsidiarios Germanos deligit, qui mortem ejus ulciscuntur, & Cl. Dru- sum Cæsarem salutant.
44. Marcomirus Moguntiam & Treverim ex- pugnat multis millibus obruncatis, ju- sta acie triumphat, magnam mœx, accipit cladem à Sergio Galba ob suorum ebri- etatem.
45. Uli triumpho Romani multas German. ci- vitates recuperant.
46. Sulpitius Galba & Publius Gabinus Germa- nos arcte habent.
49. Marcomirus rursus Germanos in Romanos concitat, ingentiq; exercitu grandia mi- natur & tentat.
50. Moguntiam, Treverim, Colonam aliasque urbes expugnat, sed à L. Pomponio vi- ctus, gladione an mœrore obijt, succedit Clodomirus.
51. Colonia Ubiorum à Romanis restauratur,

## A. C.

- â Colonia Rom. inducta cognominata, quæ dein Agrippina ab Imperatrice dicta est.
52. Italus Flavij filius Arminij nepos, Romæ educatus Romanis impensè favet, Cheruscorum Rex suos in officio continet.
54. Idem, quod Romanis faveret â Nobilitate German. exauctoratur.
55. Rex Suevorum Sido, sub hæc tempora celebratur, Vespasiano postea Cæsari familiaris.
56. Italus Regno restitutus â Romanis quiete imperat. S. Petrus Apostolorum Princeps & discipuli Christum in Rhætia prædicant.
57. Nero succedit Claudio, qui Germanicus dici ambit, magnum scilicet æstimans, ex Germanis gloriam retulisse.
58. Nero idem nummos aureos cudit, Germanicum se appellans.
59. Clodomirus Rex Gallos ultra Mosam se recipere cogit, & â Claudio Imp. creptarecipit.
60. Paulinus Pompeius & L. Verus Exercit. Duces, modestiam sua & militari disciplina Germanos in officio continent.
61. Ansibarij pulsi â Chaucis Frisiorum â Rheno depulsores sedes flagitant, non auditi vini tentant sed profligantur.
62. Cæsar Rom. per Britannium præfectus pulsus ab incolis ad Marcomirum confugit. Hujus finem nonnulli hoc anno ponunt.
63. Romanis nil contra Germanos tentantibus, Catti

A. C.

- Catti & Hermanduri Germaniæ populi graviter colliduntur.
65. Germanos ut facilius continerent Romani, opera illorum contra Gallos rebelles untur, quod commune dein fuit.
70. Galbæ Imperio dum Legionem in Germania parere recusant, his mox Rhæti & Vindelici junguntur.
71. Ultro iisdem agnoscunt Cæsarem Vitellium suum olim præsidem Orthonem non agnoscunt.
72. Vespasianus Rhætorum exorbitat gratiam, quam negant, donec de morte Vitellij certi redderentur.
73. Oeni Rheniq; accolæ in Romanos insurgunt, Coloniam, Moguntiamq; aliasque urbes occupant, multa que millia Rom. obruncant.
74. Franci Teutones, fædus iterum cum Thuringis & Saxonibus ineunt, & 4. præliis cruentissimis multa millia obruncant.
75. Nimia siccitate totus pene Rhenus exaruit, Germanis in Ungariam & Africam Arma inferentibus. Danus Pomeraniam vastat.
76. Julius Civilis, Hollandiæ Præses, multas Belgij urbes Romanis eripit, spoliatur, & incendit.
77. Germani pergunt vastare Belgium, & ex Pannonia Præsidia Romanorum eiciunt.
78. Dani Suecorum ope Saxones bello petunt, cæsis utrobique multis millibus, victi Saxones tributum pendere coguntur.

A. C.

79. Vespasiano Imp. quæta Germania. Suevi cum Rhætis & Vindelicis mercaturam exercent.
80. Idem Imperator vires olim Germanorum expertus, eos nunc sibi humanitate & muneribus conciliat.
81. Froto Daniæ Rex ope Wandalorum & Suecorum Russiam & Prussiam vastat. Succedit Vespasiano Titus, Amicus Germ.
83. Magaus etiam in Germaniam luctus Amico Cæsare Tito sublato.
84. L. Antonius Præfectus Rom. ad Rhenum contra Domitianum insurgit, & ope Germanorum multa millia Rom. trucidat.
85. Plurimas per Germaniam urbes Romanis eripiunt Teutones, contra quos missus L. Sabinus gravi clade afficitur
87. Prosequuntur rem Germani & per Hollandiam, Seelandiam, & Rheni oris urbes expugnant, & Romanos obtruncant.
88. Missas ex Urbe contra se Legiones, cæsis multis millibus, quod reliquum, in fugam agunt. Inde ipse occurrit Imperator.
89. Victus à Germanis Domitianus Imp. pacem mercari cogitur, & cōductis auro in speciem Germanis, Romæ triumphat.
90. Ratherius Francorum Teutonum Rex illustri Victorijs contra Gallos, moritur, succedit Richimer filius Froto Rex Daniæ iterum Saxones vincit.
91. Suertingus Saxonum Rex Frotonem splendido excipit epulo, & exitu præcluso, Pala-

A. C.

- Palatium comburi jubet, & cum hoste exuritur.
92. Witikindus novus Saxonum Rex cum Richmere Rege confœderatur, Danorumque jugum excutit.
93. Ingellus Daniæ Rex ipse amicitiam Witikindi ambit, sororemque an filiam ejus ducit. Witikindus & Richimer rem fortiter contra Gallos agunt.
94. Hollandi atque Seelandi in Romanos arma corripunt, quos mactant partim, partim ejiciunt.
96. Richimer magno animo Princeps, in Gallias sæpius ducens semper victor revertitur.
97. Occiso Domitiano, Nerva Imp. Germanis magna ex parte tributum remittit, ut sibi obnoxios redderet.
99. Nerva Collegam sibi ex Germania asciscit Ulpium Trajanum oræ Rhenænæ Præfectum, Germanis ob modestiam clarum.
100. Richimer ope Witikindi Sax. & Hermanfridi Thuringorum Regis, multa Romanorum millia in Gallijs conficit, sed novo superveniente Rom. exercitu recipere se cogitur.
101. Decebalus Gotthorum Rex dum Saxoniam & Thuringiam vastat, ab occurrente Richimere cæsis 20. millibus fugatur.
102. Witikindus à Vinione Wandalorum Rege, pressus Richimeris & Hermanfredi

## A. C.

- ope insignem triumphum refert.
103. Instat fugientibus Witekindus & in ipsa Wandalia oppugnat.
104. Farabertus Marcomannorum & Suevorum Rex gloriose factis innotescit. Witekindus Wandalos triumphare pergit.
106. Sunno Richimeris filius Francofurti ad Oderam confidet, cum 20, millibus, & vicina Wandalis erepta communit.
108. Novis motibus Saxonia & Thuringia vexatur, sive Danis sive Wandalis omnia vastantibus.
109. Trajanus variè afflictus, Germanos auro sibi obnoxios reddit, ne quid contra Imperium auderent.
112. Valde benevolè Rhætos Trajanus habet, de Augusta Vindelicorum optimè meritus.
114. Richimeri mortuo succedit filius Odemar, qui vix adito Regno contra Romanos conjurat.
117. Odomarus Romanis nil porro contra Germanos tentantibus utilibus legibus Republicæ consulit, & Urbes condit.
119. Trajanum æquè luxere mortuum Germani quam Romani, Amicum Principem, sub quo Germania exulta.
122. Adrianus iisdem artibus Germanos devincit, in Rhætia Ducem exercitus Rhætici instituit.
125. Sunno Richimeris Regis filius, primus Marchiæ Dux qui provincias illas cum Rugia, Pomerania, & Mechelburgensibus

- A. C.
- genſi ditione Danis & Gothis eripuerat ,  
moritur.
126. Vilimer Gotthorum Rex Sunnonis morte  
cognita Ruſſiam Pruſſiamque recipe-  
re conatur , & aliquot urbes occu-  
pat.
127. Clodomirus Marchiæ Dux cum Vilimere  
varia fortuna ſæpius concurrit.
128. Francorum Teutonum Rex Odemarus mo-  
ritur, pacis amantiſſimus , ſuccedit filius  
Marcomirus.
130. Adrianus Imp. & ipſe cum Germanis paci-  
cè vivit, & novos Præfectos in utramque  
Rhætiam mittit.
131. Auguſtæ Vindelicorum ornandæ pluri-  
mum impendit Adrianus Imp. quam à  
ſe cognominari Æliam jubet.
133. Auguſtani demerendi viciffim Cæſaris ſtu-  
dio , Matidiæ , quæ Auguſtæ ſoror erat ,  
ſtatuum erigunt , procul dubio ipſum  
prius Cæſarem ſtatua honorantes.
134. Marcomirus Rex, Marpurgum Haſſiæ con-  
dit , à ſe primo Marcomiri Burgum co-  
gnominatum.
135. Alaricus Wandalorum & Herulorum Rex  
Marchiam Pomeraniam & Rugiam infe-  
ſtat.
137. Clodomirus Marchiæ Dux recollectis viri-  
bus vario Marte cum Wandalis congre-  
ditur.
138. Adrianus Imper. certis limitibus Ger-  
maniæ

A. C.

- mania fines partitur, Teutones beneficijs obligat.
140. Mortem Adriani humanissimi Principis plurimum dolent, sub quo multum opibus & potentia crevêre.
141. Antoninus Pius, pia Adriani æmulatione Germanis tributa & onera alleviat, eosque officijs & muneribus obligat.
143. Marcomirus Rex, suos ne otio torpescerent, ludicro armorum exercitio, & muniendis urbibus occupat.
144. Clodomiro Marchiæ Duci succedit Suimo filius, qui mox gloriæ cupidus ad Ostia Sprevi Suimoviam condit.
146. Winislaus Wandalorum Rex, Marchiam & Pomeraniam vastat, quem multis millibus cæsis Suimo in fugam agit, & Scorelij, obsessum, congregi aufum internectione delet.
147. Idem Suimo seu Sunno nunc Francofurtum ad Oderam condit.
148. Moritur Marcomirus succedente in Regnum Clodomiro filio. Peste & fame laborat Germania.
149. Varabertus Suevorum & Marcomannorum Rex Danubium transgressus, præsidia Rom. expugnat, repressus ab Aufidio Cassio.
150. Aufidius 3000. dedititios obruncat, ob hanc crudelitatem jussu Cæsaris suspensus. Varabertus Romanos per Austriam & Ungariam bello premit, Clodomirus Gallos, Suimo Wandalos vastat.

Wig-



A. C.

151. Wigwardus Cimbrorum Dux Saxoniam latè cædibus vexat.
152. Clodomirus Rex, fines Regni late propagat, & Gallos acri bello persequitur. Wigwardus pergit impugnare Saxones.
153. Respirant Saxones dum Cimbri & Dani intestinis motibus fluctuant, ablata recipientes, sua firmantes.
154. Antoninus Pius Germanos demereri satagens, in Præfectos rigidè animadvertit qui subditos vexaverant.
155. Saxones, Danorum vexatione liberi, rem suam egregiè promovent, & loca diversa communiunt.
156. Saxonum conatus Gotthi Wandaliq̄ue intercipiunt, & per Marchiam Misniamq̄ue omnia infestant, urbes occupant.
157. Eranci Teutones, subsidio Saxonibus occurrunt, inde graves strages datæ acceptæq̄. Romanis manus abstinentibus, ne in se juncti verterentur.
159. Francis sua repetentibus Saxones pene à Wandalis evertuntur, omni ferè subacta Saxonia.
161. Wandali nimio rerum successu Romanis suspecti ab ipsomet Augusto bello petuntur & profligantur.
162. Saxones hoste liberi, facile expugnata recipiunt, & de novo adversum vim hostium communiunt.
163. Mortuo Antonino Pio, quem impense coluerant, statim Germani à fide Romanorum deficiunt.

A. C.

164. Catti, Thuringi aliique Germani, populi multa Romanorum millia obruncant in Tirolim usque & fines Italiae progressi.
165. Antoninus Philosophus Imp in Tirolim occurrens, terret hostes; multasque urbes recipit. Obijt Clodomirus succedente in Regnum filio Faraberto.
166. Hic statim cum Saxonibus Cattis, Moravis, Hollandis & Anglis contra Romanos conjurat, his plurimum territis.
167. Germani quadruplici exercitu Romanorum praesidia ad Rhenum atque Danubium invadunt, multa millia caedunt.
168. Missi 4. a Romanis Duces a Germanis profligantur, qui in Italiam usque progressi, aegre a Pertinace repulsi sunt.
169. Trepidat Roma metu Germanorum, missi novi contra illos exercitus, Vindio & Victorino Ducibus, cum strage fugantur.
170. Caesares ipsi, maximo apparatu bellum Marcomannicum decernunt, totus pene orbis pestilenti lue vexatur.
171. Movet uterque Imperator in Germaniam & Marcomannos Victorinus denuo profligatur, ita ut Verus Imper. receptum suaderet, obnitente Antonino.
172. Apoplexia decedit Verus, Antoninus cum Germanis congressus magna clade afficitur.
173. Germani caeteri, Sociorum illecti victoribus,

A. C.

rijs, præsidia Rom. passim occupant, multis millibus cæsis.

174. Duridum Vaticinatione deberi Germanis Imperium, tempus adesse rati omnes fere conjurant in Romanos & Italiae minantur.
175. Memorabilem prorsus victoriam Christianæ Legionis precibus quæ dein Fulminatrix dicta est, refert Antoninus.
176. Cæsar ad Senatum refert acceptum precibus Christianorum memorabilem victoriam, quam prosequi conatus in Orientem vocatur.
177. Germani per absentiam Imp. præsidia denovo ejiciunt & magnos exercitus cogunt.
178. Egregio successu nobiliores quasvis urbes expugnant, & Romanos immani cæde tota Germania ejiciunt.
179. Revertitur ex Oriente Imper. varijsque prælijs victor plerasque urbes recipit.
180. Simulata fuga, robustiores regressi Germani Cæsaris exercitum cæsis 20. millibus graviter atterunt, ipso in mœrorem, & gravem morbum prolapsa.
182. Moritur Viennæ in Austria Antoninus succedente Aurelio Commodo filio, qui pacem auro redimit, & Romam prope- rat.
183. Wandali pluresque Germaniæ populi, ingenti hominum strage fines Italiae invadunt, quos Herennij propulsant.

Com.

## A. C.

184. Commodus Imp. largitionibus amplis Germanos ab Italia auertit, quo securius domi in cives grassaretur.
186. Farabertus Francorum Teutorum Rex moritur succedit filius Sunno sive Hunno.
188. Commodi Imperio commodè vivunt Germani, agros colunt urbes & ædes strunt, venationi student & ludicro certamini.
190. Vexantur bello ab Alemannis & vicinis suis Rhætiae populi, quod nimis vicini & Amici Romanis essent.
193. Hoc & superiore anno S. Lucius Britanniae Rex Rhætis Christum prædicat, sed & alibi in Germania idem fit.
195. Occiso Commodo alijsq; & alijs Imperio obtrusis, Germani rem suam promouerit, & ditionem ac jura prolatant.
197. Moritur Brando Brandebutgi conditor, Marchiae Dux, cujus morte comperta Wandali denuo Regionem vastant.
198. Iidem tota ferè regione ipsoq; Brandeburgo potiuntur. Inde Saxoniam & Misniam ferro & igne vastant.
199. Laborat plurimum in Rhætia lucranda S. Rex Lucius, multaque atrocità pro Christi perfert gloria.
200. Expertus jam olim in Germania agens Sept. Severus Imp. Germanorum vires & synceritatem, ipsos muneribus devincit.
201. Haldanus Boius exul Sibarum Saxoniae Principem inter nuptias opprimit, & sponsam abducit. Obijt Dietericus Rex Wandalorum.

- A. C.
202. Haldanus oppressa Saxoniam Daniam quoque; miro rerum successu invadit, omnia terroribus implens.
203. Idem Tyrannus profequitur victorias, & Daniam Saxoniam jungit.
204. Pari felicitate Sueciam aliaque Septentrionis Regna evincit.
205. Intercipit fortunam Haldani Ericus Sueciae Rex, ipsumque ejicit.
206. Reverfurum in Sueciam Ericum in montibus excipit Haldanus, & totum penè exercitum lapidibus obterit, Erico evadente.
207. Dum Ericus Sueciam ab Haldano peti animadvertit, ipse Daniam invadit, tribus praelijs victo Haldani Vicario.
208. Varia fortuna, multis utrobique millibus caesis iidem colliduntur.
209. Pergunt Haldanus & Ericus nunc pro vita, nunc pro fortunis & Regno dimicare.
210. Ejectus denique Dania Ericus, dum collectis viribus redit cum multis millibus ipse in acie occumbit, Haldanus etiam Suecia potitur.
211. Severus Imp. 32. legiones in provincias limitaneas distribuit. Nonnulli dein Romanorum apud Germanos sedem figunt.
212. Dani evocatis auxilijs Tyrannum ejicere moliuntur ipso facile rebelles compefcente. Severus in Rhætia vias & pontes sternit.
213. Suimo seu Sunno Francorum Rex Gallis saepe domitis gloriosissimus moritur, suc-

A. C.

- succedit Hildericus filius. Moritur etiam Severus Imp. qui Germanos muneribus compefcuit.
214. Dum à Severi morte crudelius Germanos Præfcti tractant gravium motiyum & defectionis causam præbent.
215. Germani toto Rheni & Danubij tractu, injurias uli, præsidia Rom. evertunt, multis millibus mæsis & obtruncatis.
216. Caracalla Imp. ipse occurrit & cruentis aliquot prælijs Germanos atterit. pactus denique in annos singulos magnam vim auri, & captas ab illis urbes relinquere, Romæ triumphat.
217. Redux & securus de fide Germanorum, Germaniam lustrat Germanis fastum ejus mirantibus, liberalitatem laudantibus.
218. Hildericus Francorum Teutonum rex pace utitur, & de novo egregias condit urbes, cæteros communit.
219. Caracalla solis Germanis charus, Romæ occiditur, ab Augustanis insigni statua honoratur.
220. Heliogabalus Imp. venalia omnia habens, pessimos quosvis Præfctos provincijs destinat.
221. Saxonia tota in armis est metu Unguini Gotthorum Regis, qui à morte Haldani, omnia sibi subjicere statuit.
222. Metu Heliogabali, plurimi Romani in Germaniam atque imprimis Rhætiam

A. C.

confugiunt, ubi & sedem figunt.

223. Heliogabalus dum in Germanos Marcomannos movere constituit, sive oraculis, sive faniore consilio prohibetur.
224. Alexander Severus post cædem Heliogabali imperat. Is nutantes Romanorum res, conciliatis sibi Germanis, stabilis.
225. Nequissimis Præfectis optimos substituit, quibus Germanos singulariter commendat, & ab injurijs abstinere jubet.
227. Germani si unquam aliàs quieti, Præfectis rom amicitiam ambientibus, connubia quærentibus & offerentibus.
228. Toti agriculturæ se dedunt Germani, nobilioribus Venationi vacantibus, & ludicro armorum exercitio.
230. Delectus magni per Saxoniam & vicinas provincias facti, Danis, Gotthis Suecisque bello exardescuntibus.
231. Severus Imp. rigidus suorum censor, non Amicis solum sed hostibus consulit, ne quis Præfectorum litem moveret.
234. Cæsare in Persas movente, antiquæ libertatis prætextu Romanos omnes Germania excedere jubent, Danos Gott hosque in auxilium vocantes.
235. Germani immani præfidiariorum facta cæde, Romanis omnia quæ à 250. annis obtinuerant eripiunt.
236. Ipse Augustus cum 150. millium exercitu

A. C.

- citu , movet in Germaniam Urbes amif-  
 fas recipit, & egregiè communit.
237. Partitur provincias in Præfectos & Duces  
 quos inter Geminij, Sicinij, Corvini, di-  
 versas dein familias Gemmingiorum  
 Maffenbach Neuhaufiorum, Sickingio-  
 rum, Flehingiorum, &c. condidère.
238. Occifo Alexandro Maximinus parricida in-  
 vadit Tyrannidem, qui gravi clade pro-  
 figatis Germanis movet in Galliam.
239. Turbatis denuo Germaniæ & Ungariæ re-  
 bus, Maximinus ipse advolat, atq; in Bo-  
 jaria & Auftria multa hostium millia  
 mactat.
240. Rebellant follicitante ipfo Rom. Senatu  
 multæ provinciæ, occurrens Imp. in ob-  
 fidione Aquileiæ à suis perimitur. Defi-  
 ciunt Germani
241. Sæviunt crudeliffime in Romanos Germa-  
 ni, & occupatis Urbibus præfidiariorum  
 multa millia immani cæde obrun-  
 cant.
243. Exules superioribus annis Germani è Sar-  
 matia erumpunt, & in Auftriam Boicam-  
 que reverfi fuas fedes grandi Rom. ftrage  
 recipiunt.
244. Corn. Licinius Valerianus reparatis viribus  
 illos denuo ejicit. Gordianus Imp. Ger-  
 manos Mifiæ partem occupantes, exter-  
 minat
245. Oſthenus Gotthorum Rex, Pomeraniam,  
 Marchiam Brandeburg. Mifniam, Bohe-  
 miam, Silefiam, ferro igneq; vaſtat.
246. Eaſdem calentes etiamnum fumo & cinere  
 obru-



- A. C.
- obruunt Marcomanni & Suevi. Gordianus æquus Germanis occiditur.
247. Philippus Imp. multa Germanorum millia conscribit, qui præclaram ipsi operam bello navant.
248. Mœsiam & Pannoniam invadunt Gotthi, adsunt Philippo Imp. Germani, Gotthis paulo post edomitis & fuis.
249. Dum Philippus Romanos largius quam Teutones remuneratur, hi dona sua ad pedes ejus abjiciant & ipsi renunciant.
250. Iisdem mox urbes Rom. ad Saurum & Danubium, sedet in Mœsin & Thracia expugnant, multaque millia Rom. obtruncant.
251. Marinus contra eosdem missus dum Philippopolim & Nicopolim communit, ubi arte habitus dum in Cæsarem culpam rejicit salutatur ipse Imp. animosiorque redditus hostes in fugam agit.
252. Philippus à Decio occisis, majore contemptu Romanorum Germani accenduntur, omnemque viam tentant asserendæ Libertatis.
253. Hilderico Rege mortuo, Principe Mavorio filij Bartherij prius animum explorandum ducunt, peste etiam ab expeditione prohibiti.
254. Interim fortunam Gotthorum sequuti, prælio quo Decius periit insignem operam navarunt.
255. Trebonianus Gallus Imp. Licinium Valerianum Rhætiae Præsidem cum Legionibus

A. C.

- bus Germanicis contra Æmilianum Tyrannum evocat.
256. Valerianus occurfurus cum Germanis, audita Galli Imp. morte ipse in Rhætia falutatur Imp.
257. Gallienus à Valeriano Collega adoptatus, tumultuantibus Marcomannis magno cum exercito in eisdem movet.
258. Gallienus repressis Marcomannis Piporam Regis illorum filiam ducit.
259. Confopitus Cæfaris affinitate Rex, dum eam concubinæ loco haberi audit, arma refumit, totusque in exitium Rom. incumbit.
260. Quadruplici exercitu Romanorum provincias Germani invadunt alij Gallias & Hispanias, alij confinia & Italiam, alij Illyricum Epirum, Thraciam, alij Auftriam & Ungariam, ingenti ftrage edita.
262. Plurimis Tyrannis Galliano imminentibus impune thefauros Europæ Germani partiuntur, & arma paffim promovent.
263. Gallia & multis provincijs manus Germanis dantibus, ftultus Imp. Gallienus: Et nunquid, ait, fine iftis effe non poffumus?
264. Marcomanni & Suevi, novo coacto exercitu, Moguntiam, Treverim, Metas, & ultra 70. Urbes expugnant, grandi Romanorum ftrage.
265. Merobaudus Saxonum Rex Illyricum & partem Italiæ Ravennam ufque populatus, in Romanos paffim immaniter fævit.
266. Rurfus Gallias pervadentes Franci noftri,

- A. C.
- Saxones, Wandali in Hispanias per-  
punt, cædibus omnia implentur.
267. Quadi Silesijque Pannoniam & Hungariam  
vastant, præsidia obruunt.
268. Illyricos denique exaudit Gallienus & reli-  
quias Germ. ejicit.
269. Flavius Claudius salutatus Imp. deliberat  
potiusne Tyrannos à se amoliat, an  
Germanos?
270. Totis viribus in Germanos sociosque Got-  
thos movens 15. millia prope lacum Be-  
nacum cædit.
271. Heruli Transylvan. partemq; Ungariæ va-  
stant, moritur Bartherus Rex fortissimus  
succedente Clodio filio.
272. Aurelianus contra Germanos in Gallia pu-  
gnantes movet & multa millia contru-  
cidat.
273. In Tyrannos quoque ducens subsidio non-  
nullo Germanorum nixos, victor quoq;  
redit.
274. Iterum tres ex Germanis victorias refert,  
prope Ticinum, Placentiam & Metau-  
rum.
275. Zænobiam Orientis Imperium invaden-  
tem memorabili victoria triūphat, Rhæ-  
tis præclaram ipsi operam navantibus.
276. Germanos passim dispersos facile hinc inde  
incessit Aurelianus, gloriatus semper  
plures quam ceciderant mactasse.
277. Dum totus in perniciem Germanorum in-  
cumbit Aurelianus, Notarij sui scelere  
mactatur, succedente Tacito Opt. Imp.
278. Vix domiti recentes in prælia con-  
surgunt
- B

A. C.

- furgunt Germani, Francis in Galliam, Suevis & Quadis in Pannoniam signa inferentibus.
279. Gallias invadunt Germani quorum 40000. cædit Probus Imp. & 60. urbes recipit.
280. Bonofus, Probo in Oriente occupato Geldriam, Cliviam, Juliacum Flandriam & Brabantiam invadit.
281. Probus totam diem cum Germanis pugnans ad castra repellitur, separatos aggressus nil efficit, tandem stipendia iisdem promittens 16000. suis adjungit.
282. Bonoso & Procuro Tyrannis navant operam Germani.
283. Probo occiso Germani irati, qui ipsi militaverant egregiè ulciscuntur, & infesta omnia habent.
284. Pergunt ulcisci necem Probi Teutones donec ab alijs Cæsaribus seu Tyrannis stipendia oblata reciperent.
285. Diocletianus Maximinianum Collegam adsciscit, cui Alemanni negotia creant Rhætiam armis petentes.
286. Carausius contra Francos & Saxones missus ipse deficit, & Augusti nomen assumens eos sibi conciliat.
287. Maximianus Rhætis subsidio adest, & Alemannos fugat.
288. Diocletianus ipse in Quados & Marcomannos ducit, quibus victis Romæ triumphat.
289. Dum Africano Imp. bello occupantur, Saxo-

- A. C.
- Saxones, Heruli, Suevi, Wandali Romanas Provincias vastant.
290. Saxones Heruli & Marcomanni Præsidia Romanorum in Austria & Boica expugnant.
291. Pergunt spolia ex Romanis agere Germani, Maximianus Imp. Rhætiae jungit Algoviam, Lintzgoviam, Hegoviam, &c.
292. Bavariam, Palatinatum, Austriam, Franci & Marcomanni subigunt cæsis universis præsidarijs Rom.
293. Galerius dum in Germanos movet à Diocletiano revocatur, Germanis cæde in Romanos sævire perguntibus.
294. Occurrit hoc anno Galerius & Suevos, Alanos & Quados non nihil reprimat.
295. Romani fortuna usi plurimas ad Danubium urbes recipiunt & muniunt.
296. Thuringi atque Alemanni partes trans Rhenum Gallicas àgne & ferro vastant. Constantius ab his vincitur.
297. Constantius Clorus hoc anno prope Constantiam (à se dein cognominatam) 60. vel 70. millia profligat.
298. Restaurat Vitodurum, ut diximus, Constantius & à se Constantiam cognominat, extante etiamnum inscriptione.
299. Prosequitur Victoriam Constantius & plura ad Rhenum trophæa erigit: & Nemetum Metropolim restaurat.
300. Etiam in Germania hoc anno, Augustæ Vindelicorum Treveris, &c. Imperatores Christianos mactari jubent.
301. Constantius magna cura omnia Rheni

A. C.

- littora munit, ac dein ad motus Britanniae compescendos pergit.
302. Constantius ex Anglia in Belgium enavigat multas urbes recipit, & praesidio Rom. firmat.
303. Pergunt saevire etiam in Germania Imp. Augustae S. Afra cum socijs, Treveris plurimi Martyrio afficiuntur.
304. Alemanni Romanis infesti oras Rheni, Helvetiamque & Rhaetiam igne & ferro vastant.
305. Absente Constantio Germani Germaniae inferioris urbes caesis praesidiarijs recuperant.
307. Franci Teutones rem fortiter agunt in Gallia, Gualtero Rege fortiter occumbente, succedit Dagobertus filius, cujus primos conatus Constantius intercipit & aliquot caedit.
308. Constantinus Magnus Constantij filius, cum Brueteris Lupiam inter & Ruram congressus victor evadit.
309. Idem pontem Rheno prope Coloniam imponit, & multa felicitate, Vangiones, Cheruscos, Brueteros & Alemannos domat.
310. Eiusdem Pontis beneficio, hac illacque movens, res novas molientes Germanos gloriosè compescit.
311. Vechta Rex Saxonum à quo nomen arci & fluvio hos inter motus immotus, arces & urbes condit, Leges instituit.
312. Dum in Maxentium ducit Constantinus, Ger-

- A. C.
- Germani passim in præsidia Romanorum sævirent, libertati intenti.
313. Francos à fide data desciscentes, gravi pugna & strage ultus Constantinus Treveris solemnem agit triumphum.
315. Fortunam Constantini admirati Teutones, quiescunt aliquamdiu Saxonum exemplo & agros incultos colunt.
317. Moritur Dagobertus Francorum Teutonū Rex, succedit Clogio. Helena Constantini mater novis Martyribus diversa per Germaniam templa construit.
319. Hoc anno Treveris magnificam S. Maximi Basilicam condit. Pro patria cum Galis & Romanis pugnans Clogio cadit.
320. Clogioni frater Clodonirus succedit. S. Helenæ exemplo multi Germanorum Christo dant nomen.
321. Sauromatas & Scyhtas auxilijs Germanorum subnixos edomat Constantinus.
323. Dum contra Romanos nil audent Teutones ipsi colliduntur Francis & Thuringis, spoliolum partitionem ferro deficientibus.
326. Franci, Suevi, Thuringi alijque pacis initaë firmandæ causa, limites suarum provinciarum constituunt.
327. Optime merita de Germanis S. Helena moritur, cum ingentem SS. Reliquiarum Thesaurum, de cruce Dominica vestem Christi Domini & B. M. V. Treverensibus reliquisset.

A. C.

329. Felix Germaniæ status, plurimis Christo nomen dantibus, mutuo pacem firmantibus, æquitati studentibus.
333. Constantinus post Constantinopolim in Oriente conditam Constantiam Aconianam, ornat, & Crucem inter ejus insignia collocat, Christi fidem Germanis commendans.
335. Pacis & belli artibus spectatissimus Teutonum Francorum Rex Clodomirus, optimis disciplinis subditos excolit.
336. Magnus ille Catholicæ propugnator fidei S. Athanasius in Germaniam effugit, & Treveris exulat.
337. Magno Germaniæ luctu & damno minitur S. Constantinus Magnus, eoq; ipso anno Clogio, huic Richimer succedit.
339. Filijs Constantini, partitione Regnorum non contentis res Germaniæ fluctuant, paulo post consopitæ.
341. Franci Teutones, magno cum exercitu Galliam obruant, quos Constans acri prælio superat & fugat.
344. Westphali Frisiam infeliciter tentant, magna clade repulsi, Frisijs mox Westphalam pessumdantibus.
345. Hoc anno Frisijs rem suam promoventibus, Westphalia & Angri varia ab ipsis subigitur.
348. Coloniae Agrippinæ solemne Concilium celebratur, quo Euphrates ejus loci Episcopus tanquam Arianus dejicitur.
350. Richimer Francorum Rex Galliam invadens gloriosè cadit, succedit frater Theodomi-



- A. C.
352. domirus. Alemanni Rhætiam infestant. Gundomandus Alemanniæ Rex, ditiones Galliæ trans Rhenum invadit & magna ditatus præda urbes expugnat & diruit.
353. Witta Rex Saxonum floret. Decentius contra Alemannos vastantes Rhætiam pugnans, gravi clade profligatur.
354. Constantius magno cum exercitu contra Alemannos agit, sed nil proficit, Gundomandus occurrit, quo cum paciscitur.
355. Germani Coloniam expugnant & diripiunt, & Galliam vastant, contra quos Julianum evocat Constantius.
356. Constantiam Acronij ab avo conditam excolit Junior Constantius. Julianus Teutones Gallia ejicit.
357. Chonodomarius cum alijs S. Regibus Germaniæ dum Galliæ imminet cæditur à Juliano & capitur. Germani pacem petunt & obtinent, castris eorum limitaneis destructis.
359. Julianus 7. ad Rhenum urbes, Constantiam, Novesium Bingium, Bonnam &c. contra Alemannos munit ob res præclare gestas à militibus, quos inter Germani Duces, Imp. salutatus.
360. Theodominus Francorum Teutonum Rex, Gallos Romanosq; acriter premens gloriose cadit, succedit Clogio filius.
361. Constantia mortuo Julianus fidem negat, graviter periclitante Germania, etsi huic æquissimum se simularet.
363. Magno metu liberantur Teutones Christiani, Juliano cælesti vindicta sublato.

A. C.

364. Clodio Francorum Rex contra Gallos rem fortiter gerit. Rhætia à Valentiniano Mamertino Guardix præfecto committitur.
365. Germani Gallias igne & ferro vastant, missos binos à Valentiniano cum exercitu Duces, utrumque vincunt & trucidant.
366. Valentinianus majore apparatu Teutones aggressus vincit & Gallia ejicit.
368. Celebris Festo Germani Moguntiam occupant & spoliant. Valentinianus ipse occurrens in insidias incidit, & ægè evadit.
369. Valentinianus cum arcere Alemannos à Rhætia non posset, omnem Rheni ripam ad Oceanum usque castellis & turribus munit.
370. Saxones in provincias Romanorum irruunt, omnia vastant.
371. Saxones missus cum exercitu Severus avertit. Burgundi à Romanis contra Alemannos concitati dum occurrunt, nec ulli se ipsis Romani jungunt, graviter succensent.
372. Alemanni Burgundionum adventu subito territi, dum multi diffugiunt, à Theodosio seniore in Italia sedes accipiunt.
373. Congregati denuo Alemanni in munitiones contra se factas irruunt, præsidia cædunt, turres destruunt.
374. Valentinianus nil armis proficiens, Alemannos ad aulam invitat, Duces creat, gen-

A. C.

- gentemque lucratus, ipsorum opera præclarè uritur.
375. Quadi jurati Romanorum hostes, multæ cæde in præsidia grassantur, contra quos movens Imp. subito moritur.
376. Quadi rem suam promovent, alijs quoq; in excidium Romanorum concitatis, à quibus præsidarij enecantur.
377. Alemanni & Lentienses Rhætiam, mox etiam Galliam invadunt, ac cædibus omnia miscent.
378. Memorabili victoria de Alemannis prope Colmariam triumphat Gratianus cæsis 35000. cæteris manus dantibus.
379. Rursum insurgunt Alemanni, proin Gratianus collega assumpto Theodosio, huic orientem committit, ipse contra Alemannos properat.
380. Rhæri exactioibus pressi, ab auxiliarijs Rom. exhausti, fame penè deficiunt. Ita ipsi Impp. ad Hypatium Præsidem.
381. Dum Gratianus uno loco Rhætis cavet, Alemanni alio irrumpunt.
383. Maximus Tyrannidem invadit, contra quem Gratianus relicto bello Alemanico, dum movet, dolo circumventus perimitur.
384. Maximus per Austriam, Boicam & Rhætiam in Italiam contendens, eas sibi provincias adjungit.
385. Saxones Valentiniano Jun. fidi, tam in Anglia quam Gallia obnoxias Maximo urbes expugnant. Hic Duce missio ipsos rejicit.

A. C.

386. Marcomirus Francorum Teutonum Rex, plurimas Urbes Maximo extorquet.
387. Maximo per Italiam occupato, impune Rhētos vexant Alemanni.
388. Arbogast. Dux missus ab Imp. Urbes Rom. Rheno ad sitas recuperat.
389. Marcomirus rursus Gallias invadens Præsidia Romanorum captis urbibus immaniter contrucidat.
392. Immani Arbogastis Ducis scelere Valentinianus Imp. Treveris in Palatio Imperiali strangulatur.
393. Arbogastes dum Burcteros vexat, Genebaldus Francorum Dux 12000. profligat: Eugenius Tyrannus Rhætos frustra sollicitat.
394. Theodosius juratum Germanorum hostem Arbogastem cum Eugenio Tyranno prodigiosa victoria triumphat. Arbogaste semetipsum perimente.
395. Theodosio Imp. mortuo Honorio filio Occidens cum Germania Romana obtinigit.
396. Fritigelam Rosemundi Marcomannorum Regis conjugem ad fidem Christi convertit S. Ambrosius, cujus suasu multigentis credunt.
397. Rosemundus suadente conjuge Amicus fit Romanorum. Stilico in Francos missus ijs devictis, captum Marcomirum Imperatori mittit.
398. Dagobertus Marcomiri frater Inter-Rex constituitur.
399. Dagoberto mortuo Genebaldus Dux rem Fran-

- A. C.
- Francorum egregie restaurat. Stiliconi Alemanni magnam partem & Rhæti militant.
400. Stilico jussu Honorij cum vicinis Germaniæ gentibus fœdera contrahit, Amicitiam necit.
401. Witigisllum post Wittam Saxonibus imperat, Rex animo alacer, & qui non solum fines tueri sed augere cœperit.
402. Stilico conciliatis sibi Germanorum armis, eos belli socios adlegens Alaricum Regem gravi prælio triumphat.
403. Franci Teutones trans-Rhenanas Gallorum urbes petunt, à Burgundis sibi metuentibus, vel Romanorum instinctu repressi.
405. Radagastus Herulorum Rex, terror nuper orbis, à Stilicone victus, in fuga captus, cum liberis obruncatur.
406. Wandali Duce Mogegetilo, cum Quadis, Marcomannis, Suevis, Herulis, Alemannis, & Saxonibus, instar grandinis Gallias vastant.
407. Iidem, frustra obnitentibus Honorij præfæctis, Moguntiam, WORMATIAM, ATREBATES, NEMETES &c. expilant & subruunt.
408. Honorius Olympij scelere Stiliconem tollit, Rhætis & Alemannis Cæsarem deinceps execrantibus.
409. Wandali, Suevi, Quadi, Marcomanni in Hispanias usque omnia expilant, urbesq; omnes, qua pergerent subjiciunt.
410. Romam expugnat & incendit Rex Alaricus multis Germanorum millibus comi-

## A. C.

- tatus. Wandalorum pars in Gallijs intercepta capit.
411. Siciliam petiturus cum auxilijs Teutonicis Alaricus, repente moritur.
412. Wandali Hispanijs infusi, diversis locis se communiunt.
413. Post Wandalos hoc anno Franci Teutones Galliam opprimunt, sed & Brabantiam vastant, Treveros expugnant.
414. Pergunt sævire per Belgium Franci & varias urbes occupant.
415. Genebaldus Magnus Franc. Dux post plurimas res præclare contra Roman. Gallos & Anglos gestas, vivere desinit.
417. Dum Burgundis Romani sedes concedunt, indignati Germani, trans-Rhenana rapinis exhauriunt.
419. Franci denuo sibi Regem Pharamundum eligunt. Wandali Suevi & Gotthi Hispanias graviter exagitant.
420. Pharamundus strenuè suos exercet, intra Rhenum & Amasim omnia occupat, & expugnat.
421. Wandali Suevi, Hispanias vexantes victi ab Honorij Ducibus dant manus, ille compositis rebus Romæ triumphat.
422. Wandali Romanos in Hispanijs magna clade afficiunt, paulo post à Constantio & ipsi triumphati.
423. Honorio mortuo Suevi & Wandali in Hispania colliduntur.
424. Nil proficiens contra Suevos Gundericus Wandalos, ad insulas Baleares convertitur, & eas deprædatur.

- A. C.
425. Jura & Leges Salicas condit pro suis Rex Pharamundus.
426. Idem Gallias ex toto ferè subjugat, Gallis- que & Germanis amplissime domina- tur.
427. Bonifacius Dux Wandalos in Africam ad- vocat, quod Tyrannidis innocens accu- saretur.
428. Flagellum DEI se prodit, terror orbis Rex Attila, qui Germanum origine se esse glo- riat, Germanos sibi devinxit.
429. Gundericus Wandalorum Rex Hispalim expugnat, Hispaniasque subigit, paulo post à dæmone discerptus. Regnat filius Genfericus.
430. Pharamundus, hoc, an superiore anno mo- ritur. Burgundi Christo se devovent, si de Hunnis triumpharent, triumphant.
431. Aspar fortissimus alioquin Dux, à Wanda- lis gravi clade afficitur.
432. Aëtius trans-Rhenanas partes Clogioni, nil tale metuenti eripit, paulo post cum fœ- nore ab hoc recuperandas.
433. Clogio Thuringos fædifragos, magno cum exercitu obruens vestigales facit.
434. Genfericus Wandal & Herul. Rex Imperi- um in Africa propagat, dum Hypponem obsidet, moritur S. Augustinus.
435. Priamus Franciæ Orientalis Dux moritur, succedit Sunno filius Sunnebergæ & Suntheimiæ conditor.
436. Pergit Genfericus in Africa, quidquid tentat subjugat.
437. Germanis per Hispanias & Gallias inva- lescen-

- A. C.
- lescentibus, Aetius nuper exauctoratus restituitur, & feliciter pugnat.
438. Clogionis fortunam sistit Aetius, caesis aliquot millibus in Gallia.
439. Valentinus à Wandalis Germanis nimium pressus Numidiam ex pacto illis cedit, ipsi Africae ex hinc 90. annis dominantur,
440. Gensericus etiam Siciliam Africae adungere parat, verum Sebastiani egregij Ducis adventu cognito regreditur.
441. Theodosius dum movet in Wandalos Gensericus pacem petit, quam lubens concedit Imp. dum Hunni imminerent.
443. Clogion, Caesaribus in Oriente distentis, multas provincias subigit. Gensericus 161. Episc. in Africa Sacrilège sibi vendicat.
445. Clogio cum jam Burgundiam, Lotharingiam Aquitaniam Regno adjecisset, etiam nunc Tolosa & toto ferè Belgio potitur.
446. Saxones à Britannis invocati strenuam ipsis contra hostes navant operam. Wandali in Africa Caesaris exercitum profligant.
447. Rechila Suevorum in Hispan. Rex Boeticam Regno adjicit. Carthaginem Romanis offert, quo quietius regnaret.
448. Moriuntur Clogio Rex Francorum Teuton. & Rechila Suevorum in Hispan. Rex, illi Merovæus succedit Audax dictus.
449. Attila repente ex Oriente in Occidentem advolat, atque Isenaci comitia agit. Hengistus



A. C.

giftus pro meritis Cantij admissus post Regno potitur.

450. Attila Germanos ad socia convocans arma Burgundiam obterit, Hengistus Saxo Britannos sedibus pellit.

451. Merovæus Rex Aetio contra Attilam adest, quo prælio in campis Catalaun. 190000. utrobique cecidisse memorantur.

452. Attila non minore quam ab Aetio clade ab Alanis Germanis, ad Ligerim cæditur.

453. Merovæus Rheno superato Regnum ad Axonam usque fluvium prolatat. Ab hoc Merovingica Regum familia cognominata.

454. Felicissima Germaniæ tempora, extincto Aëtio Vindice Rom. Libertatis & Imperij, Germanis quoque libere & impunè rem propagantibus.

455. Moritur Genebaldus Franconiæ Dux, Gensericus Wandal. invitatus Rom. occupat.

456. Marcianus Imp. cum Germanis, sibi metuendis pacem init optimis quibusq; provincijs ad eos, jure belli spectantibus.

457. Gensericus Rex, cætera invictus, Africæ dominitor, de re Catholica ipse Arianus pessimè meretur, totus furit & sævit.

458. Majoranus Occidentis Imp. dum magno cum exercitu in Africam trajicit à Genserico repellitur.

459. Merovæus Rex moritur succedente filio Childerico.

460. Germania nunc tota, à Rom. Imperio libera, provinciarum liberrima floret.

461. Majoranus dum Alanos Germanos Gallia pellere

A.C.

- pellere nititur, hi nudam præsidio Italiam invadunt.
462. Beorgor Alanorum Rex per Tridentinas fauces in Italiam infunditur, à Ricimere gravi clade profligatus.
463. Barto Rhætiae nunc præest, qui auro pacem ab Germanis emit.
464. Alanos denuo Italiam, tentantes Ricimer avertit. Evaricus Rex Germanos in Gallijs & Hispania, nec impunè, vexat.
465. Gensericus ultra Alexandriam cum exercitu progressus, longè latèque omnia subigit.
466. Nec contenti eo usq; processisse Wandali, hoc anno etiam Siciliam tentant, à Marcellino Duce fortiter repressi.
468. Trans-Rhenani, Rauraci, Helvetij aliq; nil porro à Romanis sperantes, ultro Germanis se dedunt & jugunt.
469. Childericus Regnum recuperat, pulso Ægidio avarissimo præfecto, & filio ejus Siagrius profligato.
470. Childericus ex inutili Rege, Generosissimus Regnum longe propagat, Helvetiamque & Burgundiam Regno adjicit.
471. Alemannos quoque Regno adjicit Francorum Teutonum Rex Childericus, & Præfectos Agilolfingos sui sanguinis imponit.
472. Odoacer Styris, non Herulus, sed Herulorum auxilijs subnixus Suevos Bohemia ejicit, magnum bello nomen comparant.
473. Ostrogothi Germaniae populi sub Theodoro

miro

- A. C.
- miro Rege, Illyricum, Græciam, Thessaliam, Dalmatiam obruunt.
474. Odoacer Styriæ Ducum Patriarcha Aureliam & Andegavum Galliæ occupat, quocum Childericus pacem firmat.
475. Hengistus Saxo Cantiaæ Rex in prælio occumbit, Osco filio fuga elapso, mox tamen Regnum recipiente.
476. Nepos Occidentis Imp. ab Oreste dejectus, Odoacris opem implorat, hic pulso Augustulo Orestis filio, Regem se Italiae nominat.
477. Hic firmando Regno cum Evarico Hispan. Rege confæderatur, Wandalos Sicilia ejicit, hanc Regno jungit. Moritur Gensericus.
478. Childericus rebelles Alemannos domat, varias provincias subigit.
479. Idem Stabiliundo Regno intentus, cum Odoacre fœdere jungitur.
480. Odoacer Childerico adest, & Alanos Gallia ejicit, hujus Regno dilatator.
481. Hunericus Gensericus filius, Germanæ humanitatis modum transgressus crudelissimè in Catholicos sævit.
483. Idem hoc anno 4966. Episcopos & Clericos Africa ejicit, Childericus cum Saxonibus quoq; fœdere jungitur.
484. Hunericus Wandalus à vermibus corrosus, miserrimè perit, quo ipso anno Childerico mortuo Clodovæus magnus succedit.
485. Saxones, ultimi, Romanos ejiciunt, & Regnum latè propagant.

A. C.

486. Clodovæus similiter Romanos Regno eijcit, & Regni fines ampliat.
487. Heruli stipendiorum prætextu, an alio styriam & Noricum vastant, quo advolans Odoacer ipfos reprimit.
488. Nunc denique Romanos penitus Gallia eijcit Odoacer. Theodoricus Ostrogotthus bellum Odoacri indicit.
489. Superatus tribus prælijs Odoacer Ravennæ se includens obsidetur.
490. Arnulphus Styriæ Gridericum Regem Styriam opprimentem reprimit.
491. Germani, quietis impatientes, mutuo sedibus sepellunt. Odoacer Ravenna erumpens quartam cladem accipit.
492. Oscanus Cantia Rex, necem Hengisti patris ulturus; cum Britannis congressus, cum fratre Hebuso occumbit.
493. Odoacer cum Theodorico pactus Regnum partitur, ab hoc perfide inter epulos occiditur. Styri domum reversi Herulos eijciunt.
495. Alemanni Præfectos Regios averfantur, & quæ olim detracta erant, ad alpes usque Julias occupant.
497. Tibingam Wirttembergiæ hoc anno conditam Wolfgangus Jobstius memorat.
498. Alemanni nimis Clodovæi successibus terri, & malè conscij quod ejus cognatos Præfectos eiecissent, ingenti conscripto exercitu, victoricia signa ad Ubios usque promovent.
499. Infeliciter primum congressus Clodovæus, Voto de fide Christi suscipienda, suafu conju-

A. C.

500. conjugis factò, prodigiosè triumphat. Præfectos denuò Victis imponit Agilolfingos Principes regia omnia habere iussos, præter nomen & coronam Clodoveus, & novis Legibus Alemanniæ consulit.
501. Idem ingentj conscripto exercitu in Gundebaldum Burgundiæ Regem movet, victumque Godegisilo fratri partem cedere cogit.
502. Totus nunc idem est in propaganda Christi fide opera SS. Euspicij & Maximini. Crotildis Regina Idola evertit.
503. Pergunt prolatare Imperium Wandalini in Oriente, Alaricus Trasimundi frater Clodovæo minatur.
504. Rerum Alemanniæ satagit idem Rex, & per S. Remigij discipulos, Christi dogmata prædicari curat.
505. WestGotthi Catti & Thuringi Theodorici Italiae Regem per Legatos conveniunt, & Fœdera exambiunt.
506. Clodovæus quoque cum eodem Rege fœdus antiquum renovat.
507. Clodovæus in Alaricum Arianum Regem moturus, benedictionē à S. Remigio petit, & hostem toto cū exercitu profligat.
508. Memorabili successu Clodovæus noster rem Germanicam in Gallijs promovet, captis Urbibus, Gotthis passim trucidatis,
509. Idem Tolosanòs opprimit, Engolismæ muris cœlesti virtute ad primum occursum corruentibus.
510. Concilio Epaunensi interest Bovicus sive sive Boulcus Vindonissæ Episcopus.

Tota

A. C.

511. Tota ferè Europa potiuntur nunc Germani, universaque Africa, Toti Orienti formidandi. Rachanacarium Ducem bello petit Clodovæus, & plures suspectos Tyrannidis tollit.
512. Pergit propagare Regnum German. Francicum, & universa penè Gallia potitur ad fines usq; Hispaniæ.
513. Prævidens mortem sibi imminere ex varijs portentis, se digne præparat, multaq; Ecclesijs largitur.
514. Idem moritur, immortale nominis Germanici ornamentum regnis inter filios divisit.
515. Germani in Hispanijs & Africa, DEI veri ignoratione rem Catholicam ubiq; labefactant.
516. Germaniæ Præfecti, sive Duces Cognati Regij, per Alemanniam maximè varias artes condunt, Passium, Duellum, Potamum, certo refugio, siquid à morte Regis Alemanni molirentur.
517. Dani Germanicam infestant, à Theodorico Rege gravi clade affecti, & penè intereptione deleti.
518. Hermanfridus Thuringiæ Rex, Collegas fratres exosus, altero perempto, dum alterum infestatur ab hoc in fugam agitur.
519. Hermanfridus altero quoque perempto fratre, quem bello vicerat, Monarcha factus, fœderum quoq; ruptor fit ex parricida.
520. Sanct. Fridolinus ex discipulo Sancti Remigij Divi Benedicti discipulus Rhætiam & Rhe-

A. C.

- & Rheni partes prædicatione illustrat.
521. Hermanfridus ingratus dum Theodorico minatur & pulcherrimas Rheni urbes vastat, vix iste fatis Tyrannum avertit.
522. Cerditius Saxo fortunam confectatus & famam, in Britanniam movens septimum illic Regnum Occidentalium Saxonum fundavit. Theodoricus nunc in Thuringiam irruens parum efficit
523. Idem implorata fratris ope Thuringum de-  
nuo petit. Toto biduo atrociter pugna-  
tum, debellatus tertia die Hermanfridus,  
& capta in quam fugerat urbe, ex miro  
præcipitatus est.
524. S. Fridolinus late Christi nomen propagat,  
Glaronæ in primis & in Rheni tractibus.  
Subjugat Thuringiam Theodoricus, e-  
jusque frater Clotharius neptim Herman-  
fridi ducit.
526. Clodomirus S. Sigismundum Burgundiæ  
Regem bello captum interficit, mox ab  
hujus fratre Godomaro victus & occi-  
sus.
527. Occa Germanus nepos Hengisti Rex Cantia  
Pictos & Scotos debellat. Hildericus  
Rex Wandalorum in Africa rem Ca-  
tholicam æterno merito illic promo-  
vet.
528. Godomarus à Clothario & Childeberto vi-  
ctus Regno ejicitur.
529. Optimus Rex Hildericus à Gilimere Thrafi-  
mundi filio circumventus dejicitur &  
occiditur, parricida in Catholicos sæ-  
vit.

Theo.

## A. C.

530. Theodoricus cum Gotthis adversum conatus novos Romanorum jungitur, quibus & fideliter adfuit.
531. S. Fridolinus mortuum Principem excitat, & Ranckvillam ad iudices testam adducit factæ à se donationis.
532. Movet in Hispaniam Childebertus contra Amalricum Arianum, qui victus in fuga occiditur.
533. Ulciscente nunc sanguinem Catholicorum in Africa Numine Wandali tota Africa trimestri tempore exuuntur.
534. Gilimer à Belisario in extremas angustias conjectus & captus Justiniano sistitur, ingeminat: *Vanitas Vanitatum*. Vivere permittitur & ditione aliqua donatur.
535. Dum Justinianus Gotthos in Italia bello persequitur Theodoricus istis fideliter assistit.
536. Concilio Aurelianensi adest Laudo Vindonissæ Pontifex.
537. Theodobertus Rex suspectos conatus Romanorum habet, & dum subsidio Gotthis venit à Belisario repressus fugatur.
538. Theodobertus Theodorici filius, dum Clothario patruo bellum iniquum movet, fame suos vexante impeditur.
539. Adfunt Vitigi Gotthorum Regi Mediolanum expugnanti Germani nostri, ob egregiam virtutem laudati & remunerati.
540. Vitige Ravennæ intercluso & capto Theodobertus foedera Romanorum & amicitiam exambit.



A. C.

541. Theodobertus contra quam pactus erat 80000. vel ut alij volunt 100000. in Italiam ducit, peste majorem partem delente, ita ut animadversa Numinis vindicta, regred: cogeretur.
542. Childebertus & Clotharius in Hispaniam usque ducto exercitu Victores ubiq; ingenti præda divites revertuntur.
543. Morte Magni Monachorum Archiducis Benedicti memorabilis annus, cujus infinita in Germaniam beneficia extiterunt, singulis ferè provincijs filiorum ejus opera ad fidem conversis.
544. Illustrat Germaniam præter multos alios egregia sanctitate Episcopos S. Eucherius Tungrensis Episcopus.
545. Moritur S. Remigius, Clodovæi magni conversione de Germania longe merittissimus.
547. Justinianus Imp. videns Germanos non posse nisi à Germanis debellari Longobardos contra Gotthos implorat.
548. Saxones quoque Justiniano contra Gotthos in Italia militant. Moritur Theodobertus Rex triumphis gloriosissimus.
549. Illustrant Germanias S. Domitianus Tungrensis Episcopus, qui Concilio Aurelianiensi confidens inter Patres, dum Hæreticos confutaret, virtute Divina elevatus altior confedit.
550. Alemannis tumultuantibus occurrit mature Rex Theobaldus, & feliciter armis compefcit.
551. S. Maurus Theobaldum Germaniæ & Austrasiæ

A. C.

554. *Franciae Regem sancte informat, cui hic omnem fortunam suam adscribit.*  
 Franci & Alemanni Italiam obruunt Buce-  
 lino & Amingo Ducibus, qui Sacrilegijs  
 DEO invisī à Romanis demum interne-  
 cione delentur.
555. *Moritur Theobaldus Germaniæ & Auftra-  
 siæ Rex. Alsatiam mira sanctitate illustrat*  
 S. Leopardus S. P. Benedicti discip.
556. *Turingi & Saxones morte Theobaldi audi-  
 ta arma corripunt pro libertate, con-  
 tra quos Clotharius vario Marte pu-  
 gnat.*
557. *Dum Cramnus Clotharij filius rebellionem  
 parat, hic Saxonicum & Thuringicum  
 bellum accelerat, quod feliciter confi-  
 cit.*
558. *Cramnus, ut nonnulli volunt, interceptus,  
 cum uxore & liberis in casa iustica cre-  
 matur. Childeberto mortuo absq; libe-  
 ris Clotharius Monarcha Germania &  
 Gallia potitur.*
560. *Summa pace Germani utuntur, quibus Clo-  
 tharius in delicijs fuit.*
561. *Moritur S. Medardus Noviomensis & Tor-  
 nacensis Episcopus, cujus sacrum corpus  
 ipse Clotharius in humeros sustulit & se-  
 pulturæ dedit.*
562. *Sequitur Patronum Clotharius Monarcha,  
 à cujus morte Germania cum Auftrasia  
 Sigeberto filio obtigit.*
563. *Hunnis omnia turbantibus Sigebertus cum  
 Germanis occurrit, & triumphum retu-  
 lit, & redux fratrem Chilpericum sua in-  
 terea*

- A. C.
564. terea invadentem feliciter expulit.  
Nunc primum S. Medardi & Clotharij mortem Baronius asserit. Pax inter Sigebertum & Chilpericum sancitur.
565. Utilo Bojorum Dux potentissimus moritur, quiescit Germania.
566. Infeliciter congressus nunc Sigebertus cum Hunnis capitur, paulo post evadens cum iisdem pacem componit.
567. Ingens ex Hispanijs malum Brunechildis Sigeberti conjux, à Sibylla prænunciata : *Veniet Brunia de partibus Hispania ante ejus conspectum gentes & Reges peribunt, ipsa calcibus equorum peribit.*
568. Albinus Rex Longobardorum cum 20. millibus Saxonum Italiam occupat, & in societatem fortunæ Germanos invitat & attrahit.
569. Sigeberto Regi ex prædicta Brunehilde Childebertus nascitur. Nostri rem suam in Italia promovent.
570. Alboinus ope Germanorum hoc anno Mediolanum expugnat. Sigebertus in Thuringiam coloniam Suevorum inducit.
571. Hunni comperto Thuringiam & Francoriam viris exhaustam Alboinum sequutis, eas obruunt, quibus occurrens Sigebertus fascinatur fugaturque, periturus nisi Numini se commendasset.
572. Germania, adversum Hunnos sese egregie munit & prospicit.
573. Cariberto sine liberis mortuo, fratres dissentiunt, strepunt arma, Umbria & Tuscia recuperatis, Alboinus Licinum expugnat.

A. C.

574. Hic fraude Rosimundæ Uxoris perimitur. Germani & Galli propter Reges fratres graviter colliduntur.
575. Alboini morte cognita, trepidatum in Germania & Gallia, ob hoc ipsum, fratribus reconciliatis.
576. Missus contra Evinum Tridenti Ducem à Sigeberto exercitus vincitur & fugatur.
577. Elati successoribus Longobardi etiam Gallias invadunt verum ope Germanorum fortiter repulsi.
578. Chilpericus Longobardis repulsis, Sigebertum fratrem in Germania invadere ausus, à Germanis Tornacum usque fugatur, Gallis Sigebertum eligentibus, quem Chilperici uxor per militem perimit.
579. Germania turbatissima Sigeberti morte, Chilperico Regnum fratris affectante.
580. Childebertus Sigeberti filius Germaniæ insignia accipit, sed & Burgundia potitur.
581. Chilpericus de Germania desperans, motis in minorem Britanniam armis, eandem subigit.
582. Brunichildis opera Chilperici in exilium mittitur. Theodobertus Dux Baviaræ potentissimus celebratur.
583. Periclitatur Germania & Gallia, invalescente passion Sabellianismo, à quo S. Salvius Chilpericum revocat.
584. Mauritius Imp. Germanos cum Childeberto Rege in Societatem & fœdera pellicit, contra Longobardos.
585. Ipsi quoque Longobardi fœdera cum Germanis ambiunt, & Rex eorum recens electus

- A. C.
586. lectus Clepho sororē Childeberti ambit. Uxor is insidijs Chilpericus Rex perimitur succedente quadrimestri filiolo Clothario.
587. Vocati missique in Italiam contra Longobardos Germani non una accepta clade revertuntur.
589. Clodofindes Childeberti filia, Longobardo negata, ob Arianam impietatem, Reccardo Regi Hisp. Catholico nubit, illi vero Garibaldus Bojus Theodolindam filiam despondet.
590. Injuriam interpretatus Childebertus gravibello Garibaldum invadit Sed & Mauritio auxilia contra Longobardos mittit.
591. Edomat Bojos, occiso ut nonnulli volunt Garibaldo, Childeberto : inde in Longobardos movens, varia fortunapugnat.
592. Theodolinda marito vidua, Agilulphum Ducem maritum eligit, qui statim Rex coronatur, quo cum pax sancita fuit.
593. Theodolindæ Germanæ Principi debetur hoc anno mariti & Regni ad fidem Catholicam conversio.
594. In Boica floret Thassilo Dux, pulso aninterfecto Garibaldo per Childebertum cognatum impositus.
595. Thassilo Dux Slavos Noricum invadentes fortiter repellit, magna præda potitus.
596. Magnus Gregorius Germaniæ consulit, missis aliquot doctis & sanctis discipulis in Alsatiam.
597. Episcopatus Vindonissæ Constantiam ad Rhenum & Potamum transfertur.

A. C.

598. Clotharium concitat contra Childebertum Fredegunda pellex olim postea Regina, quo victus Childebertus, Germanorum & Austrasiorum 20. millia amisit.
599. Theodolinda mulier una Germanica Summo Ecclesiæ & Gregorij Magni plausu Romanos inter & Longobardos pacem conciliat. Treverensem provinciam convertit S. Goar.
600. Nunc primum, contra multorum assertionem Childebertus moritur succedunt filij. Sclavi 2000. Boios cædunt.
601. Turbant Germanias & Gallias duæ mulieres, Fredegunda & Brunehildes, & illa quidem Alemannos & Austrasios vincit. paulo post mortuo, indigna quæ in lectulo moreretur.
603. Superstes Brunehildis à Germanis expulsa, ad Burgundionem fugiens, omnia in eversionem Theodoberti molitur.
604. Germani contra Clotharium à Rege suo concitati, junctis Austrasij, valide ipsum opprimunt, & pacem petere cogunt vix 12. urbibus ipsi relictis.
606. Theodobertus junctis cum Theodorico fratre copijs, Vascones subigit. Mox Saxones rebelles ab iisdem coguntur.
607. Tota agmina Sanctorum Monachorum è Scotia at Hibernia in Germaniam commigrant.
608. Gunzo Agilolphingus Dux Alemannia potentissimus claret, cujus nostra ætate reperta plurima numismata.

- A. C.
609. Gallia & Germania civilibus bellis colliditur, Rege nostro cum Aufrasijs in Clotharium movente, & triumphante.
610. Gravi rursus clade vincuntur Clothariani ab Alemannis & Aufrasijs, Landrico celeberrimo Duce in fugam præcipite.
611. Opponunt se mirè Regiæ militiæ libidini & Sacrilegijs SS. Aufragisilus, Columbanus & Gallus.
612. Maximo Alemanniæ bono proscripsi ex Burgundia SS. Columbanus & Gallus, eo venientes Christum prædicant.
613. Iidem Brigantij & ad lacum Potamicum Idololatriam profligant, Gallus in primis Idola nominatissima destruit.
614. A furore Gentilium metuens discipulis S. Columbanus in Italiam migrat. Gallus febricitans cum SS. Magno & Theodoro remanent.
615. Concitante Brunichildi, funesto congreguntur bello fratres Reges Theodobertus & Theodoricus. Dunensis Helvetiæ lacus totus effervescit, & coctos velut ad ignem, pisces eiecit.
616. Theodobertus, Helvetios Rhætos Turgoios & Alemannos in Burgundos ducens, regressus cum præda à Theodorico cæditur, recolligensque vires denuo profligatur.
617. Profugus Coloniam ibi à fratre obsidetur, & minante hoc civibus ab his occiditur, vel à fuga retractus perimitur.
618. Impius parricida Theodoricus, sive veneno Brunichildis sive fulmine, quod nonnulli

A. C.

- volunt, miserè perit, ipsa quoque Brunichild capta, equi caudæ alligata discerpta fuit.
619. Sustulit è medio omnem Theodorici posteritatem Clotharius uti prædixerat S. Columbanus. Et quã malè somniant aliqui nescio quæ de Sigeberti posteritate?
620. Carolomanno Tungrorum Duci succedit Pipinus, cujus opera jam sponte se Clothario submitunt Austrasij & Alemanni.
621. S. Rupertus Apostolico labore Bavariam demeretur, & author Duci ast condendi Episcopat<sup>9</sup> Juvaviensis hodie Salisburg.
622. Admirandis meritis obstringunt Burgundiam & vicinam Germaniam monachi Luxovienses. Helvetios convertit S. Gallus, Clotharius Alemanniæ consulit.
623. Moritur Magnus Bojorum Apostolus Salisburgensis Episcopus S. Rupertus, qui cum per se, tum per suos etiam Tirolim convertit.
624. Dagobertus Clotharij filius, de Germania nostra meritissimus deinceps, gravem patris indignationem incurrit, quod præceptori suo barbam evulsisset. Moritur S. Gallus Helvet. Apostolus.
625. Clotharium & Regna Austrasiæ, Germaniæ & Galliæ immortaliter demeretur S. Austregisilus. Pipinus Brabantia Dux pater patriæ salutatur.
626. Dagobertus Rex Germaniæ & Austrasiæ Metis coronatur.
626. Plurimum meretur S. Arnulphus Metensis Episcopus, gravissimo sopito bello quod

inter



- A. C.
- inter Clotharium & filium Dagobertum gliscebat.
628. Illustrat Alemanniam egregia vitæ sanctitate Joannes Constantiensis ad Rhenum & Potamum Episcopus discip. S. Galli.
629. Jugum excutiunt Thuringi quibus Bertholdus Dux Saxonum jungitur: in quos movens Dagobertus vincitur.
630. Edoctus de periculo Dagoberti Clotharius ipse occurrit, & memorabili prælio Saxones subjugat, cæso in acie Bertholdo.
631. Dagobertus Constantiensem Episcopatum auget & ornat, Conditor sub hoc tempus Marispurgi ad lacum Potamicum.
632. Vita excedit Clotharius Magni Galliæ & Germaniæ Rex succedit Dagobertus. Belgio præest Pipinus.
633. Illustrè ex Sclavis refert Victoriã. Dagobertus noster qui Regni ej<sup>9</sup> fines tentaverat.
634. Dagobertus mirè affectus Constantiæ situ, locum egregiè ornat, & amplissimos fines Episcopatu assignat.
635. In superiore Germania plurimum merentur Apostolico zelo SS. Magnus & Theodorus, in inferiori S. Eligius Dagoberti Consiliarius.
636. Austria suam Apostolum nunc temporis habet B. Gifalaricum S. Petri Salisburg. Abbatem. Dagoberto nascitur filius Sigebertus, qui infans dum baptizaretur: Amen respondit.
637. Dagobertus noster, S. Dionysij prope Parisios Basilicam & Archisterium fundat.
638. Idem hoc anno monitu DEIPARÆ &

A. C.

- Principum Apostolicorum Weissenburgenſe Monafterium condit.
639. Miſſis Alemannorum & Franc. copijs, Dagobertus Siſebuto Hiſpan. Regi adef. Idem à S. Amando à libidine revocatur.
640. Wandaliſ Thuring. infeſtantibus, Saxones promittunt ſe illos depulſuros, ſi à Dagoberto liberentur tributo.
641. Strenuè nunc agunt contra Wandalos, annuente Dagoberto Saxones. Bulgari in Boica juffu Dagoberti cæduntur.
642. Ottbertus Comes Habsburgi claret, qui S. Trudpertum excepit, & fovit. S. Emmeramus Boios in fide confirmat.
643. Dagobertus & Judicael Armoricæ Rex graviter colliduntur. Conſopiunt exarſcens bellum SS. Eligius & Audœnus. Totam S. Amando ſe debet, ex ruinis conſurgens Argentina.
644. Regna in filios partitur Dagobertus, Sigeberto Germania obvenit & Auſtraſia. S. Trudpertus Martyrio coronatur.
645. Boicas leges abſolvit evulgatq; Dagobertus; Agilolphingos perenni jure & olim, & ſemper Principes pronuncians.
646. Moritur Pipinus Brabantia Dux Major domus Regiæ vir incomparabilis. Ad ſuperos emigrat S. Vitalis Epiſc. Salisburg.
647. Moritur magnus & ſanctus Rex Dagobertus, filijs diſiſione Regnorum nunc contentis.
648. S. Foillanus Philtani Hibern. Regis filius Latiniaci Monachus Apoſtolatum ſuum Hannonicum laurea Martyrij ſacrat.

Flan-

- A. C.
649. Flandriæ & Suevorum Apostolum nunc agit S. Eligius ejusdem Cænobij Monach. Noviomensium Episc.
650. Viris Sanctissimis abundet Germania, quos inter S. Autbertus Cameracensis Episc. S. Dominicus alijq; splendent.
651. Sigeberti Regis opera majorem partem Germania idololatriam ejurat. Ipse splendida passim condit Cænobia.
652. Rudolphus Thuring. Prorex hos ad seditionem & defectionem concitat, contra quem infeliciter pugnat Sigebertus.
653. Nunc denique reparatis viribus vincit Rudolphum, & provinciæ tributum imponit.
654. S. Vincentius Hannoniæ Princeps evocatis è Scotia viris sanctissimis, inferiori Germaniæ latè consulit.
655. Totus in vendicanda ab erroribus gravissimis Germania versatur Sigebertus. Moritur S. Furseus Abbas Latiniaci.
656. Iterum Germani sanguinis Regem Longobardi eligunt, Aripertum Theodolindæ ex fratre nepotem, tota gratulante Ecclesia.
657. Elevatur hoc anno solemniter Atrebatum corpus S. Vedasti præsentibus SS. Lamberto & Audomaro Episcopis.
658. Decessit Sigebert. sanctus revera Rex viginti quatuor Cænobior. conditor, succedit in Regnum filius Dagobertus.
659. Plurimum jactantur Alemannia & Helvetia, Erconwaldi Tyrannidem invadente, Clodoveo Rege, juvenem Regem tuente.

## A. C.

660. Erchinoaldo & Grimoaldo bello decertantibus Helvetia atq; Alsatia miserè vastantur, hic captus & perpetuo incarceratus est, Hildeberto filio in acie interempto.
661. Germaniæ & Austrasiæ Rex inauguratur Childericus.
662. Aripertus Germanici sanguinis Longobardorum Rex moritur. Moritur Magnus Flandriæ, Brabantia, &c. Apostolus S. Amandus.
663. Alemannicus Francicusque exercitus Pertharito contra Grimoaldum Beneventi Ducem auxiliarius, ab hoc trucidatur.
664. Clodovæus Rex vita excedit, succedente in Germaniæ Regnum Childeberto.
665. Magnus Frisorum & Flandrorum Apostolus S. Eligius ex Abbate Solemniaci Noviomensis Episcopus & superos migrat.
666. Theodoricus Burgundiæ & inferioris Helvetiæ Rex S. Amatam Sedunensem Episcopum relegat, inde præceps in malum.
667. Plurimi ex Ordine Monachico, diversas Germaniæ provincias Apostolico labore demerentur.
669. Vivere desinit Clotharius Rex, cumq; ipso evanescit omnis Regum gloria, dum Majores domus omnia libere administrant. Pertharitus Germani sanguinis ad Regnum quasi divinitus vocatur.
670. Plurimi Regij sanguinis, sexus utriusq; Principes in Germania cucullo se devovent SS Winocus, Ingenocus &c. SS. Irmina & Adela Dagob. Regis filia, S. Severa &c.

A. C.

672. Citeriori & inferæ Germaniæ plurimum consulit S. Lambertus Episc. Traject. cujus consilio Childebertus Rex securè nititur.
674. Germaniæ & Aufrasiæ Regno pessimè consulit Childericus Rex nunc Monarcha, S. Leodegario ejecto, cui salus Regni nitetur.
675. Saxones ignavi Regis jugum excutiunt, & dum Thuringos persuadere nequeunt, in ipsos hostiliter grassantur.
676. Childerico in Venatione occiso reductus è Cænobio Theodoricus, & S. Leodegarius restitutus. S. Audænus Pipinum & Gislemarum Duces in bellum exarsuros consopit.
677. Monasterium deserit infandus Apostata Ebroinus, S. Leodegarium è medio tollit Theodoricum dejicit Clodovæum Regno intrudit.
678. Pergit sævire in optimos quosq; Ebroinus Major Domus, & Regem quo vult impellere, Frisios convertit S. Wilfridus.
679. Ebroinus invisam habens potentiam Pipini & Martini Ducum cum ipsis congressus vincit, hunc paulo post interimit.
80. Ingens Germaniæ vastitas Ebroino ferro atque igne omnia pessumdante. Germanis tamen semper Pipino fidis.
81. Moritur Alsatia singularare decus S. Justus, ex Monacho Vallis S. Gregorij Argentinen-sis Episcopus. S. Wilfridus Australes Saxones ad Veri DE I agnitionem adducit.

A. C.

683. Dum Ebroinus Hermanfrido Nobili Franco-Germano cædem parat, ab hoc præventus summo Germaniæ gaudio interimitur.
684. Deliciæ Germanorum Pipinus Domus Major, Regno & bonis omnibus nullo jam æmulo libere consulit.
685. Bertharius nuper insidias Pipino molitus, Fit Major Domus Francicæ, inde novus belli metus per Germaniam ab æmulis.
686. Etiam Gallici proceres odio Bertharij ad Pipinum respiciunt, Berthario bellum parante, armante se pro Pipino suo, utraque Germaniâ.
687. Pipinus coactus denique arma capit, insigni potitus victoria capto Rege & Berthario à suis met interempto. Pipinus Titulum Regi relinquit.
688. Galli, Germani & Aufrasijs unanimiter Pipinum venerantur sub quo Regna omnia in Monarchiam coalescunt.
689. S. Chilianus Franconiam Christo cum Duce lucratus, Geyla nequissimæ Principis sceleris Martyrio tollitur. Mõritur Theodoricus, post quem Clodovæus III. filius nomen Regis, Pipinus obtinet Regnum.
690. Duodecim simul Magni è Benedictino Ordine Apostoli, opera SS. Egberti & Sergij Pont. Max. in Germaniam diriguntur.
691. Militiæ per Alemanniam, Alsatiam, Helvetiamque præest Rupertus Agilolphingus, cujus frater Vighardus Lucernense condit Cænobium,

Con-

- A. C.
692. Condito SS. Felicis & Regulæ Tiguri Cænobio, populosissima paulatim civitas, hodie potentissima accrescit.
693. Martyrij laureolâ primi ex 12. illis Apostolorum suum coronant duo fratres Germani Ewaldi, Saxoniam diu demeriti.
694. Campaniam Brabantinam ab Idolorum cultu avertit. S. Lambertus Tungrensis Episc. ex Monacho Stabulensi.
695. Cælo ovans infertur S. Audomarus ex mon. Luxov. Morinens. Pont. qui Taryanenses ad Christum convertit.
696. Apostolorum duodenarij illius Princeps Willebrordus Sergio Papæ se sistit, moxque redux Frisios & Hollandos convertit.
697. SS. Suibertus & Willibrordus per Germaniam incredibili fructu laborant, & in Daniam usque excurrunt.
698. Martyrio S. Lamberti Tungrensis Episcopi memorabilis annus, qui dein Princeps Patronus Ecclesiæ suæ est habitus.
699. Germaniam imo Europam mirificis Virtutum radijs percellit S. Ursmarus, magnus Theoraciæ & Flandriæ Apost.
700. Hoc ipso demum anno Ecclesiæ manus dedisse visus est, Radbodus Frisiæ Rex, pedem è baptismo nequiter retrahens.
701. Duo magna Germ. Sydera cælis inferuntur S. Trudo Hasbaniorum Apostolus, & S. Maurontus regij generis Abbas.
702. S. Wiro Inferiorem German. meritis implet, Pipino à confessionibus, cum hîc non nisi detractis calceis accederet.

A. C.

703. In Superiore Alemannia Godefridus Agilolfingus Alemanniæ Dux rem Christianam mirè promovet, in inferiore Germ. Pipinus.
704. Apostolatus mira initia celebrantur, Maximi Germanorum Apostoli S. Bonifacij, Regij generis viri.
705. Brunsvicenses Boructuarios vicinosq; populos convertit S. Suitpertus Monachus Bearmensis.
706. Pipinus in Gratiâ S. Willibrordi medietatem fisci Epternacensis ejusdem Ecclesiæ in perpetuum donat.
707. Describit ipse labores suos Apostolicos S. Marcellinus, in Germania exantlatos, unus ex 12. S. Wigberti socijs.
708. Boructuarij & accolæ gravi bello colliduntur, unde S. Suitpertus Coloniam scedens, complura Apostolo digna gessit.
709. Moritur S. Wilfridus inter præcipuos Germaniæ Apostolos habitus. Croco Bohemiæ Principe succedit Libussa multorum scriptis decantatissima.
710. Dagobertus II post Childebertum hoc anno extinctum nomen Regis gerit, regente omnia summa in quiete Pipino.
711. Episcopatus nunc Werdensis initia debentur S. Suitperto Bearmensi Monacho, primo Sedis Episc. & à morte Patrono. S. Alto Scotiæ Regis filius Lycationum Ambionum &c. Apostolus claret.
712. Theodibertus Dux Boicæ Asprandum apud se exulem Boiorum auctum copijs, in  
Italianam



- A. C.
713. Italiam remittit, hic victoria insigni & Regno Longob. potitur.
713. Inter spectatores usque hodie Tutelares, S. Ursinar<sup>9</sup> Abbas Laubienses Theoraicæ & Flâdriæ Apostolus ad superos migrat.
714. Summo Germaniæ & Franciæ lustu moritur Pipinus Major Domus, Carolus Martellus contra Reginfredum rem fortiter agit.
715. Movet in Rathbodem Frisiæ Regem Reginfredi auxiliarem Martellus, & magna clade rejicitur. Saxones Boicam infestant.
716. Episcopatus Frisingensis fundamenta jacet S. Corbinianus Chilpericus cum Reginfredo Colonia obsidet, & anno avertitur.
717. Martellus prope Vinciacum Reginfredum profligat. Moritur S. Suipertus Magnus Saxon. Frisiorum Westphal. Apostolus.
718. Victor Coloniam redit Martellus, mox Reginfredum denuo congressum grandi clade profligat, & Clotharium Regem nominat, ipse imperat.
719. Mortuo Clothario substituit Theodoricum Dagoberti filium, Rathbodus Senior Frisiorum Rex moritur.
720. Moritur S. Walfrannus Senonensis ex mon. Episc. Frisonum Apostolus S. Bonifacius in Frisia S. Walfrannum juvat.
721. Martellus Reginfredum obsidet, capit, & perpetuis carceribus addicit. Saxoniam Rathbodo olim fidam diripit.
722. Magno fructu Cattis Evangelium prædicat S. Bonifacius Carolus Martellus Boicam & Alemanniam tumultuantes cõpescit.
- Mar-

A. C.

723. Martellus denuo rebelles tam Alemannos quam Boios insigniter reprimit, Boicam partis diu thesauris privat.
724. Eudonem Aquitaniæ Ducem Martellus pene-internecone debet, S Bonifacius Thuringiam & Westphaliam Christo lucratur.
725. Eudo Saracenos contra Martellum advocat, quorum 400 millia advolant, qui Aquitaniam vastant.
726. Immani rursus frage Eudonem cum Saracenis Martellus profigat. Plurima idem passim fundat Canobia.
727. Burgund. armis subigit, mox Alemannos rebelles insigni felicitate debellat.
728. Inquietus & nequissimus Eudo misere perit hoc anno, & Martellus absq; bello Aquitaniam subjugat.
729. Evehitur Classe in Frisiam Martellus, graviter rebellionem ultus, Popone gentis Duce interempto & Idolis everfis.
730. Dum Frisco occupatur bello Martellus, restaurant vires Saraceni, inde relicta Germania expeditionem in illos accelerat Martellus. Moritur S. Corbinianus.
731. Martellus Theobaldum Alemanniæ Ducem hostilia meditantem cogit & ejicit, grandi dein frage Saracenos debellat Aveni-one expugnata.
732. Consequutus eosdem in Narbonensem usque provinciam, Athinum eorum Regem Narbone obsidet. S. Bonifacius Archiepisc. creatur.
733. Occurrentem ex Hispanijs novum Saracenorū

A. C.

734. norum exercitum Martellus interneccione delet. Narbon. expugnat, Regē interimitt. Prosequitur bellum Saracenicum in Hispanias usque feliciter Martellus.
735. Massiliensem provinciam & Septimaniam quod hosti favissent plectit, & urbium moenia diruit.
736. Idem Gothicam Regionem vastat, castella & urbes evertit, ubicunq; rebellionis occasio futura videbatur.
737. Carolus Provinciam ingressus, Maurontum Ducem qui Saracen. invitaverat ejicit. S. Bonifacius insurgentes hæreses ejicit.
738. S. Bonifacius Romam profectus ingentem inde SS. Reliquiarum thesaurum Germaniæ importat. Martellus Maritimas urbes recipit.
739. Magnus revera inferioris Germaniæ Apostolus S. Willibrordus moritur. Luitprandum Romam obsidentem avertit Martellus & Papam defendit. S. Bonifaci<sup>9</sup> Boicam in 4. Episcopatus dividit.
740. Longobardo rursus in Pontificem concitato, huic adest Martellus & à S. Greg III. Filij Christianissimi titulum meretur Germaniæ & Galliæ pax reddita, omnibus hostibus & rebellibus domitis.
741. Moritur Carolus Martellus Heroum maximus, cum Regna prius inter filios Pipinum & Carolomannum divisisset.
742. Theodebaldus nuper Alemanniæ Dux, & Utilo Boius Carolomanno rebeliant, ille hoc anno compefcitur. Hunakdus etiam  
Aqui-

A. C.

- Aquitaniæ Dux & Gripho, rebelles, ille ejicitur, hic capitur.
743. Pipinus & Carolomannus Utilonem Boium præfidentem viribus grandi clade profligant. S. Bonifacius Hæreses opprimet.
744. Utilo Bavarix Dux, pro Rege antea se gerens Pipini & Carolomanni amicitiam ambit, sorore illorum ducta, admissus.
745. S. Bonifacius primus Moguntix Archiepisc. & totius Germanix Primas renunciatur. Fratres junctis viribus Saxones profligant.
746. Alemannos denuo rebelles Carolomannus subit, auctores plectit. Iterum 2. Episcopus Herbipolensem & Eistettensem instituit Bonifacius.
747. Stupente Europa Carolomannus Rex Casinifit Monachus. Gripho è custodia evadens, Saxones contra Pipinum concitat.
748. Triumphat de Saxonibus Pipinus, in reditu interceptus, S. Suiperti ope implorata, prodigiosè eripitur.
749. Movet in Boicam Pipinus, & Griphone ac Landfrido Duce victis Thassilonem Ducem instituit.
750. Griphonem beneficijs demeretur Pipinus & 12. Comitatus donat, verum ipse ad Waifaricum Aquitaniæ Ducem se recipit.
752. Pipinus jussu S. Zachariæ Papæ, à Magno Germanix Apostolo S. Bonifacio Rex Gallix coronatur, Childerico exaucto- rato.

- A. C.
753. Saxones denuo rebelles felicissimè opprimet & compescit Pipinus. Gripho novamoliens à militibus interceptus occiditur. Stephanus Papa Pipinum implorat contra Longobardos.
754. Stephanus Papa suammet manu Pipinum & filios Parisijs coronat. Pipinus Aistulphum victum reddere cogit, quæ Ecclesiæ ademerat.
755. Magnus Germaniæ Apostolus Bonifacius, quem Tonitruum filium Baronius appellat Martyrio coronatur. Aistulphus Fædifax etiam Romam obsidet, Pipinus occurrens denuo cogit supplicem.
757. Ruthardus & Warinus Duces Alemanniæ S. Othmarum Abbatem S. Galli incarcerant.
758. Iterum rebelles Saxones bello petuntur à Pipino & domantur, tributo annuo 300. equorum mittendorum imposito.
759. Nezamisus Bohemiæ Princeps, Pragam primum munit. S. Othmarus Abbas in carceribus moritur, magnis miraculis illustratus.
760. Movet in Aquitaniam Pipinus & Vaisarium Ducem in Ecclesias injuriam reddere cogit, & sacramento se obligare.
761. Sacrilegus & perjurus Vaisarius denuo armis subigendus, cujus provinciam Pipinus ferro & igne vastat.
762. Continuat bellum Aquitanicum, Bituriges & alias urbes capit.
763. Totus in Aquitania subjicienda versatur Pipinus, ex cujus castris se subducens  
Thaf-

## A. C.

- Thaffilo Dux, Boios ad defection. concit.
764. Pipinus Comitia Wormatiæ celebrat, ubi Thaffilo perduellionis damnatur. Seco Aquitanica negotia revocant.
765. Pipinus Andernaci denuo Comitia convocat & Germaniæ consulit. Claret Sanct. Gregor. Traject. Episc. Frisiæ Apostolus.
766. Vaifaricus contra datam fidem vicinas suæ provinciæ urbes muris denudat, contra quem quintum movet Pipinus.
767. Cogitur sextam & sept. contra Vaifaricum suscipere Pipinus S. Abel Laubiensis Monachus Apost. Zelo laborat in Belgio.
768. Vita excedit gloriosissimus Rex Pipinus Galliarum & Germaniæ Monarcha, cum paulo ante octava expeditione Aquitaniam subjugasset.
769. Hunaldus post Vaifaricum & ipse deficit, quem bello victum Carolus Magnus, fugientem retrahens carceribus addixit.
770. Concil. Wormatiæ celebratur, quo sanctum, ne ullum Concil. celebratur absque Papæ consensu. Carolus Irmgardē ducit.
771. Mortuo Carolomanno Germ Rege, Carolus Monarcha fit Repudiat Irmgardem S. Adelhardus se ab aula subducit.
772. Saxones ingenti prælio vincit Carolos, quod Thuringos opprefferint.
773. Rogante Adriano Papa movet in Italiam Carolus & bis fuso Longobardorum exercitu Ticinum obsidet.
774. Pascha Romæ celebrat. donata â patre confirmat, ipse Principatus Mantuæ Parmæ & Spoleti donat. Inde Ticinium cum Rege

A. C.

- Rege Desiderio & liberis capit. in reditu Saxones domat.
775. Rotgando Tyrannidem in Italia invadente, duplici jam prælio victis Saxonibus, his inducias rogantibus, movet in Italiam.
776. Rotgandum prælio victum captumque supremo supplicio afficit, Saxonesque iterum rebelles adeo terret, ut Christianam fidem se amplexuros promitterent. Inde multa millia baptizantur.
777. Paderbornense Concil. Carolo præsentate celebratur. S. Sturmio Abbas Fuldensis magnum Saxonum agit Apostolum.
778. Carolus Germanor. Francorumq; cum exercitu Saracenos in Hispanias usq; profectus Pampilone capta & diruta, obsides & magnam vim extorquet. Reversus Wedekindum profligat.
779. Iterum in Saxones movet & gravi clade devincit. Acceptis obsidibus ducens in Westphalos, hos quoque obterit.
780. Lippiensi Concilio interest Carolus, curatq; diversos erigi per Saxoniam Episcopatus. Moritur S. Sturmio.
781. Moritur S. Willibaldus primus Eistett. Episcopus. Adrianus Papa Carolum Romæ splendide excipit, & filios coronat.
782. Adalgisum & Geilonem Duces Caroli conferto Prælio vincunt Saxones, captosque occidunt. Advolat ulturus Carolus, sed supplices illi reos sistunt, quorum 4500. decollati sunt.
783. Rebelles denuo Saxones binis gravissimis præliis à Carolo cæduntur.

A. C.

784. Missus contra Westphalos Carolus Junior Magni filius, insignem reportat Victoriam. Moritur S. Vigilus Salisb. Episc. Corinthiæ Apost.
785. Obtriti tot prælijs Saxones cum Duce ipso, serio supplices, Christiana sacra exambunt. Celebratur Concilium Paderbornense, quo egregiè Saxoniam consultum est, & Viri Apostolici missi.
786. Victricia signa in Armoricam promouet Carolus & subjugat. Moritur egregius Saxonum Apostolus, S. Lullus.
787. Thassilo Dux Bayar. rebellionem parat, sed metuens, fœdera simulat, & fraudis convictus, tripartito exercitu petitus supplex exitium à se & patria avertit.
788. Iterum rebellis Tassilo, etiam Hunnis evocatis, subito opprimitur à Carolo, & exoculatus in Monasterium detruditur. In Auares deira movens Carolus feliciter triumphat.
789. Hoc anno Carolus collecto Germanorum insigni exercitu Sclavos subigit, & obfides accipit.
790. Quietus aliquando à bellis annus, quo totus infundandis Monasterijs & Scholis est Carolus. Moritur S. Willihadus Frisiæ Apost.
791. Hunnis Germaniæ fines infestantibus, triplici exercitu Carolus advolat, quos solo adventu dissipat, ingenti præda potitus.
792. Pipinus Gibbus natus ex pellice, audet in tantum patrem insurgere paulo post in impijs



A. C.

- impijs conatibus oppressus, & in Cænobium detrusus.
793. Turbant Bohemiam Moravi Saxones Theodoricum Caroli Ducem ex Hungaria reducem opprimunt.
794. Synodo Francofurtensi Hæresis Felicis Urgellitani damnata. In Saxones movens Carolus, supplices audit, tertio quoque translato.
795. Stupenda stoliditate victorem denuo lacefunt Saxones, quos facile opprimens magnam provinciæ vastitatem intulit.
796. Iterum Saxoniam vastat Carolus rebellionem inquietissimorum hominum castigans, Avarum Rex ipsi se subicit & Christo.
797. Totus in subigenda plenè Saxonia laborat Carolus.
798. Legatos Caroli contra jura Gentium intercepti Saxones, inde novæ iræ, Carolo in eos movente & 4000. trucidante.
799. Ulciscitur graviter illatas S. Leoni III. Papæ injurias Carolus. Missus contra Hunnos Geroldus Puffij Comes, gloriosè occumbit.
800. Carolus Magnus ob eximia merita, primus rursus Occidentis Imp. eligitur, summa German. & Gallorum gratulatione.
801. Ingenti terræ motu Italia & Germania concutitur. Moravi ad Christiana sacra convertuntur per S. Goduinum Mon.
802. Transalbiani Saxones libertatem tentant, immisso quam primum exercitu ad obsequium reducti.

A.C.

804. Saxones nunc demum post 33. annorum bellum, acquiescunt hoc primum anno plenè subacti, & in diversas provincias inducti.
805. Hunni nunc Caroli opem contra Slavos implorant, in quos ille ducit exercitum. Occubuit Dux illorum, illis se subdentibus.
806. Magnus Carolus Testamentum condit: Pipino præter Italiam &c. Austria, Rhætia, Suevia, Bavaria, Carolo Rheni tractus, Frisia, Franconia, Thuringia, Hassia, Saxonia, Wandalia assignatur.
807. Grandi pestilentia laborat Germania, merentur de periclitantibus sanctissimi Ascetæ plurimi. S. Adelardus in aulam extrahitur.
808. Godefridus Daniæ Rex invadit Saxoniam quem Obotriti fortiter excipiunt, & occiso in acie ejus filio Reginoldo repellunt.
809. Moritur gloriosus Saxonum & Frisorum Apostolus S. Ludgerus. Moravi Bohemiam armis afficiunt. Concilium Aquisgrani cogitur.
810. Godefridus Daniæ Rex 200. navium classe in Frisiam exscindens igne & ferro omnia vastat. Moravi in Bohemia profugantur.
811. Moritur ingenti Germaniæ luctu Carolus Junior magni filius. Tres exercitus expedit Carolus, unum contra Transalbanos Saxones, alterum contra Pannonos tertium contra Britannos.

- A. C.
812. Scholis quam plurimis per Germaniam erectis plurimum merentur viri doctissimi & sanctissimi Ascetæ Benedictini.
813. Concilium Moguntia celebratur, ubi pons ad miraculum elegans jussu Caroli struitur. Ludovicus Pius Aquisgrani salutatur Imp.
814. Indicibili Germaniæ & Galliæ luctu Carolus Magnus Imp. moritur. Celebratur omnium laudibus B. Rhabanus Fuldenfis Monachus.
815. Sorabi & Wandali ad Albim ab Imperio desciscunt, quorum compescendorum curâ Ludovicus Imp. Franconibus, Turingis & Saxonibus committit, quod egregiè præstitere.
816. Illustrissimum Germaniæ totique Septentrioni exoritur nunc è Monasterio Corbeiensi S. Ansgarius, Magnus revera Apostolus, de quo pluries dicemus.
817. Aquisgrani Comitia celebrat Ludovicus Pius, quibus collegam Imperij asciscit Lotharium filium, Sclaomicus Obotritorum Rex ab Imperio deficit.
818. Ludovicus Imp Aquisgrani Legatos nationū audiens solarij casu penè perijt. Claret S. Walericus Abbas ipsi à Confessionib<sup>9</sup>.
819. Conventum Aquisgran. & Theodonisvilanus celebratur. Ducit Juditham Guelpham consanguineam Imperator.
820. Tres missi contra Pannonos exercitus satis feliciter præliantur. S. Kortilla nomen Apostoli per Saxoniam meretur.
821. Ludovicus in filios Regna partitur. Cea-

A. C

- drogus Obotritorum in Germania Rex  
perduellionis reus regno ejicitur.
822. Lindevitus Pannonum Dux multoties à  
nostris victus, cogitur tandem pacem pe-  
tere. Rhabanus Armarium Scientiæ f  
Abbas.
823. In Saxonia 23. pagi fulmine pereunt. In  
Thuringia sereno cœlo tonat & fulmi-  
nat, Lotharius Imper. Romæ corona-  
tur.
824. Lotharius cum Germanorum & Gallorum  
exercitu Romam à patre mittitur ad op-  
primendos tumultus. Saxones Bohemi  
infesti.
825. Pacem denique ambiunt Godefridi Dano-  
rum Regis filij. Ludovicus Ludovici fi-  
lius RexBavariæ designatur. Saxones ho-  
anno à Bohemis insigniter reprimuntur.
826. Haraldus Daniæ Rex à nostris Corbeie Mo-  
nachis conversus moguntia ab Archie-  
piscopo baptizatur. Comitia Ingelhei-  
mij celebrantur.
827. S. Ansgarius & nostri Corbeie monachi in  
Sueciam usque excurrunt, ubi opera S.  
Ansgarij UpsalensisEpiscopatus instituitur.
828. Bulgari fines Imperij infestant, contra quo-  
Ludovicus German. Rex mittitur. Ali-  
quibus locis frumentum pluit.
829. Wormatiæ Comitia celebrat Lud. Imp. f  
Cardinalis B. Hamularius Fortunatus  
Trever. Archiep. Germania terræ motu  
quatitur.
830. Pessimè exagitur à filijs Lud. Pius Imp. A  
del

- A. C.
- delbertus & Rupertus potentissimi Rhaetiae Comites in bello ruunt, ille occumbit.
831. Judith Imperatrix calumnijs petita, Aquisgrani se purgans à Lud. Imp. recipitur.
832. Ipsos mortuos immortaliter demeretur B. Amularius Trev. Archiep. Officiū mortuorum composito. S. Ansgarius primus Amaburgi Transalbiorum metropolis Archiepiscopus creatur.
833. Ludovicus Imp. à filijs exauctoratur, rescindente impia facta Romano Pont. In caelos emigrat B. Hamularius.
834. Germani Proceres Ludovicum libertati & Imperio restitunt, reconciliantur filij excepto Lothario.
835. Dani & Nortmanni Hollandiam, Frisiam & Flandriam populantur, à Ludovici tamen exercitu repressi.
836. Iterum Frisiam armis infestant Normanni. Cæsar conventum Principum Aquisgrani celebrat
837. Rhabanus Fuldenfis Abbas, primus in Germaniam Græcas litteras postliminio invehit. Normanni Hollandiam vexant.
838. Pipino mortuo rursus partitur Ludovicus Regna, Lothario Imperium, Ludovico Boicam, Carolo Aquitaniam assignat.
839. Rursus filij contra patrem, contra quos movere cogitur, paulo post tamen evicit.
840. Ludovicus Junior denuo arma sumit, quem Pius parens ducto contra ipsum exerci-

A. C.

- tu in fugam compulit. Moritur sanctè non multo post verè Pius Imp.
841. Nunc fratres Reges in se mutuò enses stringunt, varijs locis congressi semel prope lacum Brigantinum.
842. Pergunt præliari fratres, uni Lothario et Cæsari duo prævalent, donec res componatur.
843. Lectis arbitris nova fit Regnorum divisio. Lothario & Ludovico Germania per diversas partes assignata.
844. Bremensis Archiepiscopatus initia hoc anno debentur S. Ansgario. Ludovicus Obotritos bello obterit, Rege occiso.
845. Normanni Frisiam invadunt, cæsi primum, dein duobus prælijs victores, inde in Gallias victricia signa inferentes.
846. Ludovicus Germaniæ Rex, prope lacum Potamicum Pascha celebrat, mense Augusto, Sclavos rebelles compefcit.
847. Magnus ille Rhabanus ex Abbate Fuldensi creatur Moguntinus Archiepiscopus. Lotharius & Ludovicus Germano more amicissimè conveniunt, & convivijs & muneribus se recreant.
848. Concilio Moguntino Præsidet Rhabanus. Gotscaldi Hæresis damnatur. Bohemos vicinos vexantes profligat Ludovicus.
849. Resumunt iidem arma, conspecto tamen exercitu Cæsaris ponunt, & pacem ambiunt, quæ dum tractatur & Cæsariani vim parant, Bohemi obnixi victores evadunt.

- A. C.
850. Lotharius à fratre Carolo contra Norman- nos opem rogat insignem adducit exer- citum, hic tamen immaturè paciscitur. Ludovicus Germaniæ Rex varios con- ventus celebrat.
851. Sorabi & Normanni Germaniam turbant, illi brevi oppressi & fugati, hi Belgium vastavère.
852. Pergunt Normanni hostiliter tractare infe- riorem Germaniam, multis viris sanctis martyrio affectis.
853. Magnus ille Haymo ex Mon. Fuld. Halber- stadenfis Episcopus moritur. Aquitani à Carolo pressi Ludovico Regnum offe- runt.
854. Grandi peste & metu Danorum & Norman- norum liberatur Germania dum illi nūc mutuis vulneribus cadunt.
855. Stupente Europa Lotharius Imp. ultro Im- perium abdicat, & in Monasterio Pru- niensi Monachum profitetur: succedit Ludovicus filius. Sclavi bello opprimū- tur, mox vices redunt.
856. Magnus Rhabanus Expositionis Scripturæ, quæ Isogrammatica vocatur, Inventor moritur. Ludovic<sup>9</sup> Germ. Rex per Sora- bos in Dalmatas movens ipsos subjugat.
857. Expeditio in Bohemos suscipitur, qua re- belles quidam domiti sunt. Moguntia Concilium celebratur.
858. Lectissimum è Germania exercitū eductu- rus contra Carolum Regem, Sorabica rebellione revocatur Ludovicus.
859. Moguntia cum tota vicinia inte-

A. C.

- grum ferè annum gravi terrę motu concutitur.
860. S. Rembertus cum S. Ansgario Apostolico labore immortaliter merentur. Reges nostri reconcilianur summo omuium plausu.
861. Comitia Ratisponæ celebrat Lud. Rex German. Dani inferiorem Germaniam miserè vastant.
862. Carolomannus defectionis insimulatus patri se purgat Ratisponæ. Balduinus Ferrus C. Flandr. rapta Caroli Calvi filia, bello petitur, sed triumphat.
863. Iterum accusatur à malevolis Carolomannus, contra quem Pater ipse ducit, hic tamen ultro se denuo sistit.
864. Sclavorum Dux Rastices armis à Ludovico Germanor. Rege domatur, & supplex se æternum in fide fore pollicetur.
865. Ludovicum inter Carolum Reges fratres amicitiaæ fœdera Coloniae confirmantur, Moritur Magnus ille S. Ansgarius.
866. Musicum cantum varia modulatione, primus in Germaniam invehit, Joannes Monachus, Rhabani discipulus.
867. Ecclesie immensis laboribus plurimum se comendat S. Rembertus Corbeie mon. Episcopus Bremensis.
868. Satagunt rerum Italiae Lotharius & Ludovicus, & insigni collecto exercitu Saracenos ejiciunt.

Ludo-



A. C.

869. Ludovicus Imp. Barium expugnat & evertit. Triplici exercitu Sorabos, Sclavos ipsumque Rasticem opprimit, & grandi clade afficit Ludovicus Germaniæ Rex.
870. Zwentebaldus Carolomanno cum suo se Regno subicit, cui ob id necem Rastices parat, sed ille Rasticem comprehendit & vincum Ludovico transmittit, mox Regno se dedente,
871. Zwentibaldus invidorum scelere suspectus Carolomanno redditus, comperta innocentia dimissus, graviter ultus deficit, & Carolomanni exercitum concidit.
872. Ludovicus Germanicus Moravos castigat, cujus in reditu exercitus minus cautus, cladem accipit, Lud. Imp. Saracenos Italia ejicit.
873. Iterum Normanni inferiorem Germaniam infestant, cæso ipforum Duce Rudolpho repressi. Ludovicus Germ. Comitum Francosurti celebrat.
874. Uterque Ludovicus Imp. & German Rex Veronæ cum Joanne Papa de rebus Ecclesiæ & Imperij tractant.
875. Moritur Ludovicus Augustus, succedit Carolus Calvus, cujus absentis Regnum Ludovicus Germ. invadens, arte, donis & armis avertitur.
876. Frisones cum Normannis congressi, omnem prædam diripiunt.
877. Germanorum insignis exercitus profequitur Carolum Imp. in Germaniam contra

A. C.

- Saracenos, Judæi Medici scelere tollitur.
878. Pecorum primò, dein hominum peste laborat Germania. Ludovicus Caroli filius fit Imp. & cum patruelibus paciscitur.
879. Ludovicus Balbus post brevissimum Imperium moritur, inde magni in Imperio motus, Ludovicum Germanium ad coronam Galli vocant, mox ob insolentiam militum, aveisi.
880. Certant de Corona fratres & cognati, Carolus Crassus Imperio potitus coronatur Romæ, Sorabi, Wandali, Bohemi & Sclavi Turingiam infestant, quos profligat Poppo Hennenbergius.
881. Uli simulatibus Principum Normanni Germaniam fæde Coloniam usque pessumdant, ipso Aquisgrano expilato.
882. Dum parat iisdem occurrere Lud. Germanicus moritur, hostis Metas & Treveros usque occurrit, Episcopis cum suo exercitu cæsis, donec Cæsar ipse cogeret ad pacis condiciones.
883. Alemanniam superiorem Sueviam & Helvetiam invisit Cæsar, inde in Italiam pergens cum Papa colloquitur.
884. Zuentiboldus Moravus Bavariam & Pannoniam vastat, sed advolante Cæsare obvius obsequium simulat. Obijt Carolomannus.
885. Carolus Crassus Imp. etiam Galliæ Regno inauguratus Monarcha fit potentissimus. Fratrum Conscriptorum festitutum longè la-

A. C.

gè lateque invalescit Cæsaribus & Regibus ambientibus.

886. Carolus Imp. Embriconi Episcopo dans in Commendam S. Emmerani Monast. ex eo tempore præceptis in omnem calamitatem corrui. Ipso anno à Normannis cogitur pacem emere.

887. Luitwardum quoque ex mon. Augiensi, cum S. Richardo Aug. thori violati insimulans animo & corpore deficit, atque exauctoratur.

888. Carolus Crassus nuper Monarcha, exul pauper & sancte moritur, cælesti lumine facibus ad funus splendescens.

889. Arnulphus successor Caroli. Tyrannos armis cogit, ita ut multi ex rebellibus fierent supplices.

890. Arnulphus Imp. Zwentibaldo Moravo etiam Bohemiam credens vires homini perfido auxit, gratiam ad scelus abutendi.

891. In Normannos Imperio imminentes mittens exercitum Imp. Arnulphus magnam cladem accipit, quam ulturus advolat, & ferè centum millia obtruncat.

892. Tripartito exercitu movet in Moravos satis feliciter, minus prosperè Arno Episcop. Herbipol. cum Bohemis configit gravè clade accepta.

893. Iterum in Moravos & Zwentibaldum ducit, ipso penitus profligato, ac dein Monachum professo.

894. Nunc in Italiam advolat Imp. Widonem

A. C.

- Tyrannum oppressurus, qui Papia capta ægrè evadens morbo, an mœrore, contabuit.
895. Triburiense 96. Episcoporum Concilium celebratur opera Hatthonis Archiepisc. Mogunt. Bohemia conversa per S. Methodium.
896. Ingens per Germaniam fames, ita humana carne non abstineretur Cæsar Romam vi expugnat, & à Formoso Papa coronatur.
897. Arnolphus Wornatiam, ex in Triburiam Comitiam indicit, tum Legatos Bohemorum super injurijs Moravorum audit.
898. Moravi intestina dissensione graviter laborant, fratribus Principibus inter se graviter collisis.
899. Moravia intestinis laborat motibus, fratribus Principibus inter se concitatione Palatinorum collisis. Moritur sine Anni Arnolphus Imp.
900. Imperat post patrem Arnolphum, Ludovicus 7. annorum puer, occumbit in acie Zwentibaldus ejus frater, inde Austrasiæ quoque Regnum ad ipsum devolvitur.
901. Ungari Carinthiam & Boicam tentari ausi insigni clade cæsi.
902. Illapsi quoque in Italiam Ungari, à Berengario, auro magis quam armis aversi, dum Baviaræ incubant, gravi accepta clade, Rege quoque Chussol amisso, ejecti sunt.
903. Adelbertus Comes Bambergensis injuriarum

A. C.

rum impatiens, Rudolphum Episcopum, longè lateque omnia igne & ferro vastans, obruit.

904. Conradus Hassiæ Landgravius, pro Thuringis contra Adalbertum Bambergensem Comitem, arma capit. Sed & Ungari in Bohemiam nunc inulti grassantur.
905. Simulans Adelbertus Comes se in Gerardum fratrem Conradi Hassi ducturum, mox in istum intruit, ipsoque cæso magnam stragem edit.
906. Ungari nunc amici Moravis in perniciem Boiorum conjurant. Ludovicus Imp. Adelbertum Comitem obsessum, spe reconciliationis extractum, capitis damnat.
907. Nunc meditatum diu bellum Ungari Boijs inferunt, cadit horum Princeps Lutpaldus, fortuna deinceps Boiorum præcipitante.
908. Ungari magna præda divites in Saxoniam & Thuringiam involant, igneque ac ferro omnia vastant.
909. Burcardus Thuringiæ Princeps ope Suevorum, Francorum & Saxonum cum Ungaris congressus, grandi strage profligatus. Illi Alemanniæ inferentes signa impunè grassantur.
910. Ludovicus Imp. ingenti comparato exercitu cum Ungaris in Campis Lycatijs pugnans, victus, pacem auro redimit.
911. Francônia nonnihil Ungarorum successus morata, non diu tamen, nemine deinceps congredi auso.

- A.C.
912. Moritur Ludovicus Imp. adolescens, delatum Imperium Ottho Saxo recusat, & Conrado Franconi defert.
913. Arnulphus Boicæ, & Erchangerus cum fratre Sueviæ Duces cum Ungaris ad Oeniripas congressi, omnes internecione delent vix 30. superstitibus. Præda ingens fuit.
914. Dum Erkingerus & Bertholdus Alemanniæ Duces cum Arnulpho Boio, Conradum Imp. eversum volunt, Ungari superiorem Alemanniam vastant. Arnulphus effugit, duo alij capti.
915. Pergunt Ungari grassari in Alemannia, mox in Saxonia & Thuringia. Comitij Moguntinis, Duces Alemanniæ damnantur.
916. Bona damnatorum cognato Burcardo Linzgovix Principi adjudicantur Ungari casti non semel se recipiunt.
917. Nunc primum post biennij captivitatem Erkingerus Bertholdus & Luitfridus Alemanniæ Duces decollantur.
918. Normanni Imperium infestant, quos prope Falcobergam Rudolphus Burg-Rex & Arnulphus Flandriæ Comes devincunt.
919. Moritur Conradus Imp. qui Henrico Saxoni Imperij misit insignia, etsi hosti, quem & Principes complexi sunt.
921. Multi sponte in deditionem veniunt, territi Imperatoris novi auctoritate. Ungari caduntur & Dux capitur.
922. Rutgerus ex mon. Mediolacensi Archiepiscopus

- A. C.
- scopus Trevirensis Librum Decretorum  
utilissimum colligit.
923. Germanorum & Guelphorum maximè ope  
feliciter pugnat contra Berengarium. Ru-  
dolphus Burg-Rex.
924. Misnensis Episcopatus initia celebrantur,  
conditore Henrico I. Imp. Moritur Sanct.  
Bruno Coloniensis Archiepisc.
925. Hungari ad lacum usque Potamicum pro-  
gressi Constant. obsident, fortiter repulsi.  
Helvetia vicina vastatur.
926. Hugo Arelatensis contra Rudolphum Rex  
ab Italis salutatur, pro in iste novo Sue-  
vorum subsidio congregitur, sed vincit-  
tur.
927. Pergunt sævire per Germaniam Ungari.  
Henricus Imp. contra Wandalos du-  
cens Grunam eorum Metropolim expu-  
gnat.
928. Henricus eversa Gruna Albim ascendens So-  
rabos & Lausnitios edomat. Marchio-  
natus Austriaci & Brandeburg. ini-  
tia.
929. Ingentem Germaniæ thesaurum, lanceam  
Christi comparat Henricus Imp. à Ru-  
dolpho Burgund. Rege, cui vicissim  
haud minimam superæ Alemanniæ par-  
tem largitur.
930. Flandriam armis infessant Lothariens. Her-  
mannus Alemanniæ Dux cum Suevis &  
Rhætis jussu Cæsaris in Obotritos mo-  
vens, rem feliciter gerit.
931. Obotritorum Rex non semel victus dat  
manus Christo & Cæsari Arnulphus  
Comes

A. C.

- Comes Flandriæ Atrebatum & alia loca expugnat.
932. Ungari tributum à Germanis exigunt, nemine respondente armis quærunt, à Saxonibus & Thuringis aliquandiu repressi.
933. Henricus Imp. 2000. equitum, 18000. peditum exercitum contra Ungaros instruit. Arnulphus Boius ad coronam Italiæ contra Hugonem vocatus, ab equitatu hujus malè excipitur, & redit.
934. Memorabili Victoria innumerabilem ferè Ungarorum exercitum Henricus profligat, sub solempni theffera Kyrieelison.
935. Ludi Equestres solempnissimi ab Henrico Imp. instituti cum pro armis exercendis, tum Nobilitatis intaminatæ comprobatione.
936. Morte intercipitur Henrici Imp. expeditio Romana dum pro suscipienda corona se præparat, succedit Ottho I. filius, à rebus gestis Magni cognomen assecutus.
937. Ottho solempnissime Aquisgrani coronatur. Turbat lætitiâ communem ejus frater Henricus futili causa, cum Otthonem patre Duce, se Cæsare natum extenderet, sed illusus abiit.
938. S. Wenceslaus Bohem. Dux à Boleslao fratre occiditur, in hunc bellum decernitur. In Saxonia contra Ungaros feliciter pugnatur. Eberhardus Palat. & Giselbertus Lothar. deficient.
939. Feliciter de præfatis rebellibus triumphat Cæsar,



A. C.

- Cæsar, Hermannø Alemanniæ, & Conrado Franconiæ Ducum opera.
940. Magdeburgi celeberrimæ Urbis Conditore Otthone initia celebrantur. Colliditur cum Galliæ Rege Ottho, mox reconciliatus.
941. Varia fortuna bellum gerunt Otthonis Duces contraBoleslaum fratricidum magnâ clade illatâ, sine anni acceptâ.
942. Ingens Cometa grande malum pestilentis luis prænunciat. Continuatur bellumBohemicum. Plenius conciliantur Gallus & Imp. Henricus frater Otthoni supplicem veniam accipit.
943. Ungari hoc & sequenti anno Imperio infesti, Bertholdus Boicæ Princeps tali proterit strage, quali vix unquam antea.
944. Ingens terræ motus Germaniam concutit, Rursum cum Galliarum Rege Ludovico Ottho colliditur.
945. Bertholdo Boio, absq; liberis mortuo, sufficitur Henricus Cæsaris frater. Hermannus Alemann. & Conradus Lotharingiæ Duces hostiliter congregiuntur, quos Ottho conciliat.
946. Nunc amicus Ludovico Gallo affini suo, Regno dejectum potenti manu restituit.
947. Ottho Imp. & Ludovicus Gall. Rex Pascha Aquisgrani simul celebrant. Conradus Dux Luitgardem Cæsaris filiam ducit.
948. Duplicem Victoriam ex Ungaris refert Henricus Cæsaris frater, B Rathonis Andecensis Comitis opera, hic mox Monach. induit.

## A. C.

949. Moritur Hermannus Alemanniæ Dux bello & pace clarissimus, cui Ludolphus Cæsaris filius sufficitur.
950. Ottho feliciter bellum Bohemicum conficit, & Ducem Leges admittere cogit, inde Pontifice vocante contra Tyrannum movet.
951. Ottho insigni cum exercitu Berengarium profligat, Papiam expugnat. Adelheidem conjugem ducit, graviter ferente Ludolpho filio.
952. Ottho Romam vocatus ab Alberico Tyranno prohibetur, & dissimulans in Germaniam redit, Berengarius Augustæ, Regnum & Vasallus recipit.
953. Luitoldus & Conradus gen. Imp. Imperium turbant. Sed & Berengarius contra datam fidem invadit tyrannidem.
954. Immortaliter meretur S. Udalricus Episc. Otthonem & Ludolph. filium jamjamq; hostilissime congressuros concilians.
955. Cælesti victoria Ottho donatur contra Ungaros, prælata cruce cælo missa à S. Udalrico, tribus captis Regibus & suspensis, ex innumerabili penè exercitu vix septem superstibus.
956. Pestilenti lue gravissima laborat Germania, qua ipse quoque correptus Ottho Imp. ope S. Viti prodigiosa liberatur.
957. Ludolphus contra Berengarium missus, triumphat & paulo post moritur. Ottho ipse in Sclavos movens insigni clade eos debellat.
958. Sclavico etiamnum bello occupatur Ottho, qui

A. C.

- qui Berengario graviter Italiam vexante,  
â Pontifice advocatur.
959. Prosequitur acriter bellum Sclavicum Ottho, ingemiscente sub Tyranno Italia, & frustra opem expectante.
960. Sabutius & S. Adelbertus Germani Monachi Apostolico labore in Russia defudant. Ottho compositis Germaniæ rebus Joanni Pontifici promittit se in Italiam occursum.
961. Ottho filium Septuennem Otthonem II. coronari curat, inde magno cum exercitu in Italiam movet, & Papiæ hoc anno subsistit.
962. Triumphata solo nominis terrore Italia, Romæ miro plausu excipitur Ottho & coronatur, & â Tyrannis adempta restituit.
963. Ottho, dum Berengarium persequitur, audiens Papam, cum Adalberto hoste coludere, pessimo consilio Joannem deſicit Leone VIII. subrogato.
964. Berengarium captum in exilium mittit. Audiens â Romanis Leonem pulsum, & Joanni mortuo Benedictum electum, Urbem fame subigit Benedictum ejicit, Leonem restituit.
965. Leoni mortuo, malè substituit Cæsar Joannem XIII. Cæsar in Germaniam redux summo plausu excipitur. Silesia Christo jungitur.
966. Gravissimè ulciscitur Ottho Joan. Urbe ejectum, etsi metu Cæs. venientis revocatū. Moritur exul Berengarius Tyrannus.

Turbis

## A. C.

967. Turbis Italiae compositis Ravennati Concilio adest Cæsar dein Otthonem filium coronari curat.
968. Adelbertum Tyrannum triumphat, qui moerore extinguitur Beneventanum, Capuanum, & Salernitanum Principes, Græcis eousque parentes in fidem recipit, Græcos Apulia & Calabria ejicit.
969. Nicephorus Orient. Imp. Otthoni sub nuptiarum prætextu necem parat, Græcis omnibus mox oppressis, & Nicephoro ad cladis nuncium à suis interfecto. Zimisca successor promissam Sponsam mittit.
970. Ottho Archiepiscopatum Magdeburgensem instituit, cui primus S. Adalbertus S. Maximini Trever. Monachus præesse iustus est.
971. Notkerus ex Monacho Leodiensium Pontifex alter Leodij conditor celebratur.
972. Totus in dotandis Ecclesijs & Monasterijs est Ottho Imp. Magdeburgum autem suum splendide ornat & munit.
973. Vita excedit Magnus revera Imp. Ottho, Amor Generis humani ab Urspergenfi appellatus. S. Adelheides Imp. cucullum induit.
974. Henricus Bonus cum Otthone II. jam coronato de Imperio contendit, verum hoc anno ad obsequium revocatus.
975. Bohemus ad causam dicendam citatus, quod Henrico favisset, bello petitur. Henricus sibi metuens ad Bohemum confugit.
976. Magni Wandalorum Apostoli nomen meretur

- A. C.
- retur S. Adalbertus I. Magdeburg. Archi-  
episc. S. Wolfgangus celebratur.
977. Henricus, Bohemis ad Pilsenum triumphan-  
tibus, Boicæ imminet, & Passavium oc-  
cupans, ab Otthone opprimitur, & in exi-  
lium remittitur, Bohemo perdonato.
978. Ottho inter epulas à Lothario Gallia Rege  
penè oppressus, collecto exercitu Gallum  
Parisios usque fugat. Redeuntem conse-  
quutus Lotharius obtinisset nisi Sanct.  
Wolfgangus, exercitum prodigiose per  
flumen rapidissimum traduxisset.
979. Exercitus igniti in aëre per Germaniam visi  
omnium animos perculere, mox Græcis  
Apuliam & Calabriam recipientibus.
980. Cogentibus Italiae malis, componit lites  
cum Gallo Cæsar, ipse magnum cogit ex-  
ercitum contra Græcos.
981. Ottho priusquam Græcos aggredetur,  
Conventus in Italia celebrat, Seditio-  
num auctores plestit. Per ejus absentiam, Scla-  
vi & Wandali, Polonis & Bohemis ju-  
vantibus Germaniam turbant.
982. Grandi cum exercitu Græcos aggreditur,  
verum deserentibus Romanis & Bene-  
ventanis ægrè nando evadit Imp. in de-  
sertores rigide animadvertens. Pergunt  
grassari Wandali &c.
983. Immani Græcorum & Saracenorum strage  
fese ulciscitur Cæsar, inde Sanguinarius  
dictus. Tum filium creat Cæsarem, ipse  
veneno tollitur.
984. Iterum alij Imperium ambiunt, Lotharius  
Francus & Henricus Boius, sed facile pal-  
mam

A. C.

- palnam præripuit Ottho III. ob Sapi-  
entiam *Mirabilia Mundi* cognominatus,  
mox Aquisgrani coronatus.
985. Wandali denuo Germaniam vexant, super  
quorum insolentia reprimenda Ottho  
Comitia Quedlinburgi celebrat.
986. Retunduntur Wandalorum arma, & ipsi  
rem serio agi animadvertentes sese reci-  
piunt. Miraculum mulieris Rosweides  
monialis Gandersheim, metro & prosa  
admirabilis claret.
987. Evocat Quedlinburgum Cæsar Principes,  
bellumq; in Bohemos rebelles decernit,  
quod & felicissimè suscipit.
988. Æstas ferventissima Germaniam exurit,  
quam mox omnium rerum penuria, ac  
pestilens lues consecuta est.
989. S. Adalbertus Pragensis Archiepisc. exul ob  
improbritatem Bohemorum, invitus, ju-  
bente Papa, Episcopatum resumit.
990. Henricus Bavariz Dux, in Ungaros movens  
insignem reportat Victoriam. S. Adal-  
bertus Geysam eorum Ducem convertit.
991. Moritur Theophania Aug. ex cujus conju-  
gio, uti exterorum omnium, multa Prin-  
cipum odia, & mala ingentia consequu-  
ta sunt.
992. Ottho Brandeburgiam urbem rebellem ob-  
sidet & cogit. Hyems asperissima, æstas  
ferventissima, pisces coxit, morbos & fa-  
mem attulit.
993. Tristiss. Germ. Annus morte S. Majoli Abb.  
quem Ottho II & III, ut patrem coluere.  
Bavaria luxit S. Wolfgangum mortuum.

Joan-

- A. C.
994. Joannes Papa pulsus à Tyranno Crescenzio opem Cæsaris rogat. Iterum hyems asperissima, æstas calidissima pestem Germ. infert.
995. Henricus Bavarix Dux moritur, succedente Henrico Sancto, qui postea prædicente S. Wolfgango Cæsar extitit.
996. Mortuo Joanne Papa Bruno Germanus Corbeix mon. sufficitur, cui Crescentius Joannem quendam obtrudit, sed mox capta Urbe Crescentium occidi imperat Ottho; ipse coronatur.
997. S. Adelbertus dum in Prussia, convertenda laborat occiditur. Moritur Conradus Alemannix Dux, cui Ottho Hermannum II. substituit.
998. Totus in Italia rebus componendis versatur Ottho Imperator.
999. Æternum Germanix decus B Gregorius V. cui debent Electores S.R.I eligendi Imp. munus &c Moritur. Obijt item S. Adelheides Aug.
000. Ottho Imp. Italiam lustrans, loca sancta visitat. & dotat.
1001. Visus Cometes terribilis mortem Cæsaris prænuñciavit, quam etiam S. Romualdus eidem prædixit. Æstu nimio fluvij exsiccantur.
002. Chyrothecis veneno infectis perit Ottho III. cum jam Monachum profiteri promississet, succedit dignissimus sane Sanct. Henricus.
003. A sanctissimo Cæsare plures deficiunt, ipse Ger-

A. C.

- Germanus Henrici frater Bruno, & Hermannus Alemanniæ Dux, & hic armis petitus.
1004. Reconciliatur Cæsari Hermannus & paulo post moritur. Movet in Bohemos & pugnat feliciter Henricus. Cum Balduino Flandro congressus vincitur, quem ob virtutem sibi ultro conciliat.
1005. Henricus Hezelonem Franconia Principem bello petit & ejicit. In Italiam advolans Arduino victo, Romæ solemniter coronatur.
1006. Fames & pestilens lues tota Germania invalescit. S. Henricus adest Francoford. Concilio, nec nisi prostratus Episcopos alloquitur. Idem hoc anno Polonum armis domitum fædere sibi jungit.
1007. Bambergensem Episcopatum fundat Henricus & mirè extollit.
1008. Henricus Merseburgi Comitia celebrat, Ecclesias &c. fundat.
1009. Normanni inferiorem Germaniam incurfant, Thilam occupant, S Henricus Theodoricum Mosellanum bello petit, Metas obsidet.
1010. Normanni Frissiam populantur, S Henricus Mosellanum vincit & capit. Nullum Monast. & Ecclesiam indotata relinquit.
1011. Moritur primus Elector Moguntinus Willigisus, à quo insignia electoralia. Concilium Bambergense quo multa utiliter decreta.
1012. Mistevoius Obotritorum Rex à fide deficit & Theodoricum Brandeburgium victur

Mar



- A. C.
- Marchia exiit. S. Colomannus Austriam convertit.
1013. S Henricus Arduinum Italiae Tyrannum triumphat, Lombardiam subjugat, Mediolani coronatur, Romae solemniter excipitur.
1014. Henricus nunc Romae quoque à Benedicto Papa coronatur. Siccitas mira Germaniam exhaurit, & venti totas sylvas eradicant.
1015. Edomat denique Arduinum Henricus, profligato ejus exercitu & is fastidio per tot pericula quaesiti Regni tactus cucullo se induit. Occubuit sagittae ictu in venatione Ernestus Aleman D.
1016. Henricus Imp. à Rudolpho Burgund. Reges Collega & haeres assumitur. Claret Berne celeberrimus Augiae Divitis Abbas.
1017. Alstedae Conventus Principum celebratur, quo Polonus vocatus & contemnens, hostis judicatur & armis petitur.
1018. Rudolphus Burgund Rex à suis Regno pellitur, & ad Caesarem confugiens hujus jussu armata manu restituitur.
1019. Templo Bambergensi absoluto, Caesar Benedictum Papam invitat, qui illud in praesentia 72. Episcoporum dedicat.
1020. Hyemas perrima, nives maximae quibus solutis ingens inundatio & pestis consequuta quae mediam partem hominum sustulit.
1021. Duo egregia Germaniae lumina caelis inferuntur. S. Heribertus Colon. & Erckenbaldus

A. C.]

- baldus Mogunt. Archiepiscopi. Ingenti terræ motu Germania & maximè Bavaria concutitur.
1022. Triplici cum exercitu debellat Græcos in Italia S. Henricus & Casini desperatus à Medicis, S. P. Benediæti ope prodigiosissimè convalescens, hinc sese in cucullo devovet.
1023. Conveniunt apud Evasium duo Sanctissimi Reges Henricus Imp & Robertus Gall. Rex & de bono publico sanctè consultant.
1024. Moritur miraculum Cæsaris, Virgo maritus S. Henricus Imp. grandibus à morte prodigijs illustratus. Eligitur Conradus.
1025. Misteyoius ex Apostata Christi Confessor, pro fide Regno ejectus, moritur exul, impio filio Christianos persequente.
1026. Canonistarum Phœbus Burcardus Wormatiensis Episcopus, Conradi Imp. Præceptor, monachus Saubiensis moritur, pauperum pater, 3 denariolos successori relinquens, Conradus Imp. in Italiam venit.
1027. Conradus Romæ solemnissimè coronatur. Mox in Germaniam advolat, Guelphonis & Ernesti Sueviæ Ducis armis turbatam.
1028. Guelpho & Ernestus Duces Cæsari reconciliantur, hic filium Henricum Aquis coronari curat.
1029. Mortuo Raginero Montensium & Hannoniæ Principe, Hannonia per dotem Richildis filia, Flandriæ accessit.

Rege

- A. C.
1030. Prodigiosè à se Cæsaris arma avertit S. Stephanus Ungariæ Rex, cum repente Cæsariani freudente Cæsare tergavertent.
1031. Magnum rursus Sydus Germaniæ oritur S. Bardo Hersfeldensis Monachus post Erbonem Archiepiscop. & Elector Moguntinus.
1032. Mieseconem Polonum Regium sibi nomen arrogansem, & Saxoniam armis vacansem, armis ejicit Conradus Imp. ejusq; fratrem substituit.
1033. Henricus Cæsaris filius in Udalricum Bohemiæ Ducem movet & magnam cladè infert, post aliquot menses morbo an mœrore extinctum. Conradus Odonem Burgundiæ Tyrannum ejicit.
1034. Mortuo sine liberis Friderico Duce Mosellano, Gothelo magnus Lotharingiæ inferioris Dux, Principatus potitur.
1035. Totum Imperium suis oculis lustrat Conradus, omnium querelas audiens. Wandalos Imperiū turbantes opprimit Imp.
1036. Trium spectatissimorum Præfulum morte tristis annus, Pilgrini Coloniensis, Gebhardi Ratisp. & Meinwerci Paderbornensis.
1037. Perduelles Italos fortiter reprimit Conradus & rigidè plectit, cujus exercitus pestilentilue affligitur.
1038. Triumphatis rebellibus Imp. Romam contendit & coronatur. Pandulphum Capuano dejicit Principat. Moritur S. Gothardus Hild. Episc.

- A. C.
1039. Moritur Conradus Imp. cuius corpus Spiram translatum est, Henrico filio ad omnium templorum aditus feretrum subeunte.
1040. Morite Cæsaris, solutus metu Bohemus arma resumit, contra quem infeliciter pugnat Henricus Imp. Obijt S. Kunegunda Imp.
1041. Felicius in Bohemum præliatur Imp. ille supplex veniam rogat. Claret B. Hermannus Contractus Aug. Divitis Monachus miraculum eruditionis, Auctor Antiphanae *Salve Regina*, &c.
1042. Moritur Heribertus Eichstettensis Episcopus, insigne Germaniæ decus ex mœrore, quod Cathedram, majoris fructus ergo, Norimbergam transferre prohiberetur.
1043. Ovo Ungariæ Tyran. Boicæ bellum inferens magnum cum strage ab Imp. Henr. profligatur & exauctoratur.
1044. Ovone interempto, Ungaria fit Imperij tributaria. Moritur Gozelo D. Lothar. succedit Gozelo Junior.
1045. Godefridus Gozelonis frater rebellionem parans, cum minus succederet, veniam rogat, ab Imp. in custodiam missus.
1046. Godefridus Libertati redditus cum nihil ab Imp. impetraret, arma resumit. Conradus pessimo exemplo Suidgerum Bambergensem contra Benedictum Rō. Pont. obrudit Clementis II. nomine.
1047. Henricus Castellis aliquot in Apulia receptis, in Germaniam cum Clemente suo redit, hic ipso anno moritur.

- A. C.
048. Adelbertus Namurcensis contra Godefridum rebellem Dux creatus, à Godefrido incautior opprimitur & occiditur.
049. Romanus Pontifex Bruno Germanus Comes de Dagsperg ex Monacho Tullensis Episcopus creatur, dictus Leo IX. Hannoniam dum hæreditare aggreditur Flander, Cæsar armis obnititur.
050. Imperator Ultrajecti Pascha celebrat, & totum dein Imperiū inspicit & curat, huic Flander Cameracum & Antverp. restituit.
051. Moritur S. Bardo Elector Mogunt. Germanorum Chrysofomus appellatus. Nascitur monstrum Cæsaris Henricus IV.
052. Gravissimum bellum consopit inter Cæl. & Ungarum S. Leo IX. Lambertum Lovaniensem pro Flandræ stantem, dedere se cogit Imp.
053. Mittit Cæsar S. Leoni exercitum contra Normannos, fugientibus Longobardis Germani in suo vestigio occumbunt, capitur S. Leo.
054. Moritur æternum Germaniæ decus S. Leo IX. grandibus illuster miraculis. Henric<sup>9</sup> IV. Aquis coronatur. Profligat Flandrum Imperator, Lovaniense in acie cadente.
055. Iterum Germanum Pontificem Romani eligunt Gerardum Eichstettensem Episc. à quo mox præsentate Imp. Concilium Florentiæ celebratur. Balduinus Flander absentia Cæsaris utitur.
056. Moritur reconciliatus Balduino Cæsar & amicissimus factus donum & pignus reconciliationis SS. Sanguinē Christi legantur.

- A. C.
1057. Ex Germania redux Victor papa moritur. Otthone Alemanniæ Duce absque hærede mortuo, contendunt pro Ducatu Bertholdus Dux Zäringius, & Rudolphus Rheinfeldensis.
1058. Germania magnis motibus concutitur Otthone Boio deturbato, Conrado Suevo à Cæsar. militibus occiso, Bertholdo Zäringio exauctorato, Florentio post fratrem Hollandiam invadente.
1059. Fluctuant gravibus motibus Germania sub puero Cæsare S. Wolphelmus Abbas in Brauweiler Beringarij Hæresim confundit.
1060. Conventus Episcoporum WORMATIAM indicitur, sed pestilenti lue prohibetur. Mira prorsus hoc anno frugum ubertas.
1061. Aulicis credens puer Cæsar, contra Alexandrum II. Cadaloum hominem perditissimum obrudit. Inde infinita mala.
1062. Matrē optimam meliora suadentem facile à puero impetrant Aulici ut aula extruderetur. Aulici Monasteria inter se tanquam prædam partiuntur. Sacrilegia sacrilegijs cumulantur.
1063. Mortuo Wilhelmo Thuringo ejus frater Ottho Marchiam invadit, quo cum Seifridus Mogunt. gravi & diuturno bello colliditur.
1064. Concilium Generale Mantuæ celebratur suadente S. Petro Damiani, annuente Cæs. quo Cadalous ipsius damnatus est.
1065. Insigni solemnitate puer Cæsar gladio primū m

- A. C.
- primùm accingitur, quem primo in sanctum Virum Annonem strinxit, matris precibus placatus.
066. Conventus Triburiæ agitur, quo Cæsar Archiepiscopi Bremensis familiaritate tanquam pessimi consiliarij iubetur.
067. Augustissimū Apostoli nomen apud Sclavos meretur S. Benno ex monacho Hildesiano Misnensis Episcopus.
068. Licentia sub pessimo Cæsarum insolentissima, Treverensibus S. Chunonem suum Archiepiscopum ex editissimo monte præcipitantibus, & tertio incolumem contrucidantibus.
069. Indignissimum Berthæ Augustæ repudium S. Petrus Damiani impedit. Ingens famines. Theodoricus Misniæ Marchio à Cæsare victus captusque.
070. Ottho Boius rebellionis accusatus, à Cæsare dejicitur Guelphone subrogato. In Flandria obrelictum Arnulphi pueri Tutorem funestum & diuturnum bellum exardescit.
071. Saxones concitante Otthone Bojo exule cum Cæsare colliduntur, utrinq; fœde cædibus & incendijs grassatur. Arnulphus Flander Robertum Frisium patrum aggressus magna cum strage suorum occumbit.
072. Incredibili pessimè administrati ab Henrico IV. Imperij fastidio Sigefrid<sup>9</sup> Archiep. & Elector Mogunt. fit Monachus Clun.
1073. Simonia reum Cæsarem sacris inter dicit Alexander Papa, paulo post mortuus,

## A. C.

1074. Eligitur Gregorius VII. vir Cherubicus. Electionem Pontificum liberam & cœlibatum Sacerdotum dum urget Gregorius & Simoniam damnat, Cæsarem & Clerum offendit.
1075. Cæsar cum Saxonibus collisus grandi clade eisdem profligat, S. Bennonem Episc. Misn. & maximos Principes capit.
1076. Henricus in Saxonia castra munit, & præsidarios raptu vivere jubet; citatus Romanam Conciliabulum Wormatiæ cogit. excommunicatur.
1077. Principes Saxoniae & Sueviae de alio legendo Imp. consultant. Cæsar ex metu Pontificem orat, & post 4. dierum jejunium admittitur. Ad conventum Principum non occurrens exauctoratur, & Rudolphus Sueviae Dux Augustus salutatur, Gregorio planè ignorante.
1078. Gregorius Concilio Romano plurimos Episcopos Germaniae Simoniacos excommunicat. Rudolphus cum Henrico congressus cruenta admodum victoria potitur. Guelpho Rhætiam contra Cæsarem armat.
1079. Iterum congressi Rudolphus & Henricus. grandi utrinq; clade disjunguntur, Schismaticis Henrico, alijs Rudolpho victorias assignantibus.
1080. Nunc primum Gregorius Rudolphi electionem ratã habet, dum Henricus nihil cõsilij admittit. Cæsares validè pugnant, tertio demum prælio cadit Rudolph. & Henricus Victor Gregorio Guibertum subtrudit.



- A. C.
1081. Henricus sacra & prophana omnia miscēs, Romam obsidet, Gregorio nihil de Justitia remittente, & Orientis simul Augustum excommunicante.
1082. Cæsar Romam frustra obsidet, incendium Basilicæ S. Petri Gregorius solo signo S. Crucis restinguit. Germani Hermannum Lucelb. Imp. creant.
1083. Leonina potitur urbe Cæsar, & Guibertum suum inthronizat, Gregorio ex castro S. Angeli fulmen in perfidum intorquente. In Germania factionibus omnia ardent.
1084. Antiquam Romam expugnat auro magis quam armis Henricus, quem evocatus à Gregorio Guiscardus turpissimè ejicit, & in Germaniam propulsat.
1085. Ad superos emigrat S. Gregorius VII. Sanctorum albo adscriptus corpore ad nostram usque ætatem incorrupto. Duo Concilia in Germania coguntur.
1086. Henricus Imp. dum Catholicos in Saxonia persequitur, insigni accepta clade in fugam conjicitur. Moritur Marianus Scotus.
1087. Occumbit in expugnatione arcis cujusdam Hermannus Lucelburgius Imp. etsi malint aliqui Henrico se submisisse, ac dein imbelli mulierculæ manu tegula injecta periisse.
1088. Venales Episcopatus & Abbatias omnes habet, ex Cæsare mercator Sacrilegus Henricus. Egbertus Marchio à Cæsare proscriptus nil metuentem bello aggressus, magna strage afficit.
1089. Crudeliter persequitur Sanctos Episcopos

A. C.

- Henricus Imp. Idem Gotfrido Bullionio Lotharingiam tradit, Sacer ignis latè grassatur.
1090. Vera persecutio in Sacros Religiosos. cætus invalescit. Cæsar offensus Mathildis cum Guelphone nuptijs, furit in Italia.
1091. S. Wilhelmo Hirsaugiensi Institutore, religiosam quandam vitæ rationem ipsi sæculares, & quidem magni Principes suscipiunt.
1092. Cæsar Canusium contra Mathildam & Guelphonem obsidens illusus abire cogitur. Peste homines & jumenta laborant.
1093. Pessimè à pessimo marito habita confugit ad B. Urbanum Pont. Adelheides Imp. & mox Conradus filius, Cæsar à Guelphone victus.
1094. B. Gebhardus Constantiæ Synod. celebrat, ipse Legat. Apostol. Volmarus Mindensis Episc. Simoniacus, cælitus decapitatur.
1095. Ludis Equestribus Tornaci Henric. Lovaniensis perimitur, B. Adelheides Augusta, purpuram cucullo mutat.
1096. Magni Germani Principes nequitia pessimi Cæsarum offensi salutem in Monasterijs quærunt.
1097. Cæsar invisus bonis omnibus, bonitatem & emendationem simulans Comitibus Moguntia convocat, nonnullos lucratur.
1098. Rupertus ex Abbate Erfurdensi Elector Mogunt. dum impietati Cæsaribus obniti- tur sponte exulat, Hyems calida mox pestilentia.

Henri-

A. C.

1099. Henricus Imp, Conrado filio infensissimus, Henricum Juniorem creari Cæsarem curat, Conradus Italiae imperat.
1100. Bretislaus Dux in venatione telo trajicitur, parricida in fuga cadens in foveam, in proprium se gladium miser induit.
1101. Conradus Italiae Rex summæ spei adolescens moritur, non sine veneni suspitione. Henricus ad Weseram Dux contra Frisios cadit.
1102. Henricus præter datam fidem Concilio Rom. interesse renuit, proin denuo excommunicatur, cum denuo Antipapam intruderet.
1103. Henricus Imp. omnibus illudens expeditionem sacram nequiter simulat, suis invisus exteris contemptus. Ordo Equitum S. Joan. Instituitur opera S. Petri Abbatis Cavensis.
1104. Indictis Ratisponam Comitibus nihil impetrat Henricus, quod Principes tantum ludi se quererentur.
1105. Patrem tot annis rebellem Ecclesiae deserit Henricus filius, quem mox salutant Augustum Principes, exauctorato Patre. Filius patris acta rescindit.
1106. Conjicitur in custodiam à filio nec multo post mœrore miserabiliter in excommunicatione æt. 56. moritur.
1107. Henricus Limburgius Lotharingæ Dux intrusus, mox ejectus armis Principatum vendicare conatur, sed à Godefrido Barbato rejicitur.

- A. C.
1108. Cæsar in Robertum Flandriæ Comitem movet, at modicum efficit, Rudolphus Brigantiæ, contra Hartmannum Kirchengæ Comitem vario Marte pugnat.
1109. Henricus V. gravi prælio ob negatum tributum, Potoño imminet, sed prope Ura-tislaviam gravi strage profligatur.
1110. Renunciat hoc anno Investiturarum malè usurpato à patre juri Henricus filius, mox tamen pessime repetit.
1111. Patrizat Henricus & infando ausu B. Pascha-lem Papam captivum abducit, cogitque investituras sibi cedere, quod vi extor-tum, dimissus Pontifex merito rescidit.
1112. Concilio Lateranensi irritum declaratur quod Papæ extortum fuerat. Saxoniam Principes oppressam Libertatem querun-tur.
1113. Expeditionem in Saxones suscipit Cæsar, & feliciter primùm Sigefrido Palat. Sax. vi-cto & in acie cæso.
1114. Concilio Bellovacensi Henricus Imp. Hæ-reticus declaratur & excommunicatur, à quo Hæresis Henriciana.
1115. Henricus grandi cum exercitu Saxones pe-tens grandi clade profligatur à Lothario Sax. Duce cæsis utrinque ad Sylvam Wel-phonis 45. millibus.
1116. Henricus defectionem Principum metrens, illudere Pontifici parat, sed ab hoc Con-cilio Rom. denuo excommunicatur, So-cero Anglo contra Anglum auxilia mis-surus, ab Imperio prohibetur.
1117. Romam ingressus diffugiente Papa, fideles per-

A. C.

persequitur, postea sibi metuens dum absolvi rogat, recusat Pont. asserens ipsum à Concilio excommunicatum.

1118. B. Gelasius Papa à Cincio factionis Henricianæ antesignano pedibus calcatur, quem Cæsar effugientem pari scelere persequitur, ille tamen evadens in Galliam Cæsarem excommunicat.

1119. Intelligens Henricus Principes de se exauctorando cogitare mox in Germaniam advolat. B. Callistus creatus Pont. Rheimensis Concilio obstinatum Imp. excommunicat.

1120. Moniti cælestibus prodigijs Saxones in Cæsaris exercitum involant & ejiciunt. Si moniacos Episcopos exauctorant, novos eligunt. S. Norbertus novum Ordinem condit.

1121. Iterum pacem & pœnitentiam ex metu simulat Henricus, & Herbipolim Principes evocat, omnia ad Papam remissa.

1122. Concilium Wormatiense celebratur, quo denique Cæsar in perpetuum Investituris renunciat, & reconciliatur.

1123. Pomerani opera Hensici Nigri Guelphi Bavar. Ducis & S. Otthonis Episc. Christi fidem complectuntur.

1124. Idem Henricus Dux cogn. Magnus & Niger Monachum in Weingarten profiteretur. Henricus Imp. dum Socerum Anglum contra Consilium suorum juvat, à Gallo gravem cladem accipit.

1125. Moritur Henricus V. succedit Lothar. Sax. Dux Religiosissimus. Clarent SS Ru-

A. C.

1126. <sup>1126</sup> Bohemos rebelles memorabili clade fundit Lotharius. Inde Urbium Imperij nimiam licentiam opera Guelphorum compefcit.
1127. Wilhelmo utriusque Burgundiæ Duce occifo Lotharius Conradum Ducem Zāringiæ substituit, contendit Rainaldus Matifeon.
1128. Conradus Franconiæ Dux Tyrannid. Italiæ invadit, quem Papa diris devovet. Theodoricus Alfatus Flandria potitur.
1129. Lotharius Ulmam expugnat & diruit, mox alias Urbes occupat Godefridus Lovan. & Theodor. C. Flandriæ, contra Epife. Leodiensem & Ducem Limburgi infelicitè pugnant.
1130. Lotharius Hermannum Winzenburgium bello domat & graviter plefcit. Ludovici Thuringi filium primum Landtgravium instituit, & 12. Comites eidem pro Palatinis tribuit.
1131. Imperator Leodij cum conjuge ab Innocentio II. coronatur, Conradus Pseudo-Imperator desertus ab Italis in German. redit.
1132. Conventus Imperij celeberrimus apud Roncalias celebratur, quo Cæfar cum Innocentio Papa de rebus graviffimis tractat.
1133. Meretur optimè de Ecclesia Lotharius, & Papam Romæ restituit, ab ipfo folemniter coronatur. Conradus patriam turbat.

- A. C.
1134. Prudenter simul & generosè obviat Conradi Franconis conatibus Cæsar, Impetio simul parcens & stulto Principi.
1135. Nunc denique Germaniæ motus plenè componit Lotharius Friderico Suevo & factiosis se submittentibus. Subjecit se quoque Daniæ Rex. Composuit Cæsar res inter Polonum & Bohemum.
1136. In Italiam profectus Imp. omnes Urbes ad obsequium cogit, & cum Venetis fœdus redintegrat. Moritur Sanct. Leopoldus Austr. M.
1137. Italiam plenè subigit, & Papam denuo sedi restituit. Rogerium Siculum ope Welphonis vincit, & Apuliam subjicit.
1138. Lotharius in reditu Tridenti morte intercipitur. Germani non expectato Henrico Guelpho, Conradum I I. eligunt.
1139. Corripit arma Guelphus Bavar. & Sax. Dux & Elector, se inconsultè electionem nullam questus, & à Conrado proscibitur.
1140. Causam nepotis fuscipit Guelpho senior, Achilles Germ. dictus, quem Weinspergæ obsessum Cæsari ex pacto præripit Serenissima conjux, quod charius haberet exportare jussa, maritum exportans.
1141. Conradum Imp. acriter exagitat Guelpho, recipiendæ pro nepote Saxonie & Bavarie omnes nervos intendens.
1142. Conradus Constantiæ Comitiam solemnissima celebrat. Henrico Brandeburgio sine liberis mortuo, sufficit Albertum Ursium Anhaltinum.
1143. Bohemiæ Dux à Moravo vexatus vires

A. C.

- rependit, & omnia ferro atque igne vastat. Hyems asperrima.
1144. S Hildegardis miraculum fœminæ celebratur, quam summi Pontifices, Cæsares, Reges, consulebant. Brabantia graviter bello afflicta, Godefridus infans Dux inter arbores in cunis suspensus animos excitat, victoriam comparat.
1145. Conradus & Wartislaus Moraviæ Principes bello exhausti, nunc Bohemi gratiam orant, & sibi ablata impetrant.
1146. Expeditioni sacræ ut interessent, Guelpho à S Bernardo persuasus, & Cæsar amici ex hostibus fiunt & arma jungunt.
1147. Sollicitus ne quid se absente Germania pateretur Cæsar Henricum filium coronari curat, mox in Orientem movet.
1148. Germanorum exercitus perfide à Græcis tractatur, & calce panibus immixta perit.
1149. Revertitur inglorius ex Oriente Conradus Imp. Balduinus Hannoniæ Comes, absente Flandro provinciam vastat.
1150. S. Petrus Cluniac. Abbas Conradum Imp. & Rogerium Siculum à cruento bello dehortatur, & contra Saracenos accendit Theodoricus Flander reversus Hannonem vincit, res componitur.
1151. Reversus è Syria Guelpho, dum nil æqui à Cæsare impetrat, graviter questus insignem exercitum adornat.
1152. Moritur Conradus, cui Fridericus I. Oenobardus, Sueviæ Dux sufficitur, quod matre Guelpha natus esset in summam spem

inter



A. C.

inter potentissimas familias, pacis stabilundæ.

1153. Fridericus ante omnia Guelphos conciliat sibi & Imperio fassus nullam rem Imperio utiliore se fecisse.
1155. Fridericus Mediolanensium oppressa insolentia, Derthonam expugnat & solo æquat, Papiæ I. dein Romæ coronatur. Peste absteritus & reversus in patriam rebelles graviter plectit.
1156. Magno Germaniæ plausu Henricus Leo presente Cæsare Henrico Austrio sponte Austriam cedit & hæredibus. Fridericus Imp. Comitij Constantiensibus legitimam uxorem repudiat.
1157. Dum Adrianus Papa Fridericum paternè corripit, is litteris Encyclicis à solo DEO collatum Imperium jactat. Polonus pacem petere cogitur.
1158. Cæsar Bohemum Regem creat, leonis insignia tribuens. In Italiam contendens Mediolanum Veronam, Cremonam Brixiam deditioe accipit.
1159. Longobardos legibus novis detrahentes compescit. Alexandro electo, cum tres calculi deessent, Octavianum adoravit.
1160. Conciliabulo Papiensi Octaviani electio à 3. Cardin. facta approbatur. Alexander Papa Concilio Anagnini Fridericum cum suo idolo excommunicat.
1161. Henricus Leo Guelphus Pribislao Duce Henetorum victo apud Henetos, Wandalos & Obitos Christi fidem propagat

Artis-

A. C.

- Arctissima obsidione Mediolanenses premit Imperator.
1162. Subactum Mediolanum diruit, & aream aratro proscindit Cæsar. ita minatus urbibus omnibus quæ mox se dedunt. Catharorum Hæresis mulier debellat S. Hildegardis.
1163. Cæsar in Germaniam, rursumq; in Italiam revertitur. Polonos filijs Vladislai satisfacere cogit, ex quo tempore proprios Principes Silesia habuit.
1164. Victor Pseudopapa moritur quem unice Fridericus coluit, mox electo ab Anticardinalibus æque favet. Obotritis adest Pomeranus & Holfatios ac Dithmarfos triumphat.
1165. Conradum Archiep. Moguntinum quod Alexandro Papæ faveret, evertere satagit Cæsar. Moritur S. Elisab. Prophet.
1166. Bellum adornat contra Alexandrum Cæsar. cujus Duces eligit tres Episcopos Simoniacos. Fine anni ipse sequitur.
1167. Romam furibundus invadit Imp. evadente Bononiam Alexandro. Itali conjurant in Germanorum, ob hoc ipsum, everisionem.
1168. Res prospere succedit Italis, Cæsar omnium ludibrium reverti in Germaniam cogitur Itali reliquas urbes occupant.
1169. Tertium idolum substituit Alexandro Cæsar, Callistum III. ipso in Germania occupato, rem promovent Itali.
1170. Pressus undiq; Fridericus pacem ambit peilegatos, quos rejicit Papa, quod

- A. C.
1171. conditiones aliter non mererentur. Mediolanum de novo ſtruunt Itali & inſigniter muniunt. Mittit Cæſar Moguntinum, qui Tuſciæ urbes in officio tenent.
1172. Henricus Leo Guelphus Princeps Germanico nomini in Oriente conſulit, merito Leonis nomen ob victorias conſecutus.
1173. Edoctus de nova Italorum contra ſe conſpiratione Cæſar ingentem congregat exercitum, omneſq; Principes invocat.
1174. Præmittit partem copiarum, & multas Urbes occupat, ipſe poſt ſequitur & anni reliquum in obſidione Alexandriæ terit.
1175. Viſus S. Petrus ſpectabili forma Alexandriam defendere, inde Guelpho domum reverti contendit, effuſo ad pedes ejus Cæſare & deprecante, illo DEUM magis quam Cæſarem timente.
1176. Solvere turpiter obſidionem cogitur, & congreſſus cum fæderatis, turpius profligatur, turpiſſime pacem ambire cogitur.
1177. Fortunatiſſimus Eccleſiæ annus, quo pax denique Venetijs firmata fuit inter Pont. & Cæſ. hoc idolum ſuum execrante.
1178. Henricum Leonem reverſus in Germaniam Cæſar Ducatu Bavariæ & Saxoniam deſcit, Leone fortiter obnitente.
1179. Pugnant ijdem varia fortuna, ſed Cæſarem recens Pontifici reconciliatum omnes Principes contra Leonem juvant.
1180. Coactus Leo in cauſa propria inimicum  
cum-

A. C.

- eundem & Judicem admittere, iniqua sententia, omnibus exiit. *Fortuna sua ipse major, certus S. Petri causa, omnia sufferre.*
1181. *Sydu illustrissimum Germaniæ S. Hildegarda Abbat. & Prophetissa cælis infer-tur, Leo in exilium ejicitur.*
1182. *Ludovicus Thuringius & Ottho Saxoniar Marchio graviter colliduntur, hoc deniq; victo & capto, jussu tamen Imp. dimisso. Godefridus Lovan, & Balduinus Hannoni-  
nus acriter dimicant.*
1183. *Comitijs Constantiensibus Pax inter Cæs. & Longobardos conficitur Calend. Julij. Diploma Sigonius profert.*
1184. *Lucium Papam Veronæ convenit Imp. & de Romanis plectendis, & sacra in Palesth expeditione tractat. Solemni conventu Solario ruente Cæsar penè cloaca mergitur, &c.*
1185. *Cremam à se olim crematam insigniter restituit Imp. filium eum coronari vellet, ait Papa: inconueniens ut duo regnarent.*
1186. *Cæsar cum ab Urbano Papa ablata restituere cogeretur, graviter collisus, prope aberat ut denuo diris devoveretur.*
1187. *Fridericus Volmarum Elect. Trever. hostiliter persequitur, quod à Papa designatus esset. Mox de Sacro bello cogit ad se parat.*
1188. *Cæsar, & plurimi Germ. Principes cruce signantur. Trajectensis Episc. & Ottho Gældriæ Comes acriter congregiuntur.*

Cæsar

A. C.

1189. Cæsar pertæsus moræ cæterorum Regum, ipse cum 150. millibus in Orientem movet. Initia Ordinis Equest. Teutonici.
1190. Universo complorante & spectante exercitu dum Cæsar Serram amnem lavandi gratia ingreditur, absorbetur, nusquam deinceps repentus : Henricus Leo Bardovicum solo æquat.
1191. Henricus filius Friderici à Cælestino Papa coronatur mox Neapolim obsidet, ob luem pestiferam solvere coactus.
1192. Teutonicus Ordo, hoc anno à Pont. confirmatur, Juratis odijs Moguntinum bello petunt Hassus & Thuringus.
1193. Richardum Angliæ Regem è sacro bello reducem intercipit Luitpoldus Austrius, à Papa ob id diris devotus. Diversi Principes in Belgio præliantur. Nascitur Albertus Magnus.
1194. Turbis Germaniæ compositis Cæsar pergit in Italiam, & Cajeta, Neapoli & toto Sicilia Regno potitur, Moguntinus cum Hasso bellum continuat. Trisij Episcop, Traject. cædunt.
1195. Minime degener Cæsar Matthilius Ecclesiæ bona invadit, & Wilhelmum Sicilia Regem contra datam fidem oculis privat. Albertus & Theodoricus Misniæ March. fratres bello concurrunt.
1196. Cæsar in Sicilia barbaricè grassatur in innocentes, Brabantia, Limpurgi, & Saxoniæ Duces expeditionem sacram suscipiunt.
1197. Crudelitatis dat poenas Cæsar, immature mortuus. Principes rejecto trienni filio, alij

A. C.

- alij Philippo, alij Otthoni Brunsvicenf  
favent, crescunt factiones.
1198. Ottho IV. Aquisgrani coronatur. Philippus  
Henrici frater ut pontificem demerere-  
tur Tusciam ipsi offert.
1199. Ingens rerum turbatio, his pro Philippo, a-  
lij pro Otthone arma sumentibus. Has-  
sus pro Otthone rem fortiter gerit.
1200. Multi à seipsis diversi, mox illi, mox alteri  
student, cum interim pulcherrimæ pro-  
vinciæ sanguine horrent & ignibus.
1201. Philippus coronari se Moguntia curat, cui  
Gallus suppetias Otthoni Anglus, ferunt.  
Holsatæ, Slesvic. Stadenses præliantur.
1202. Philippus jam quasi certus Regni nil defe-  
rens Ecclesiæ excommunicatur. Bohe-  
mum exauctorans, Otthoni amicum  
reddit.
1203. Movet in Hermannum Hassiæ Landgra-  
vium Cæsar varia fortuna donec Hassus  
ipse offensus ab Otthone, amicus ex ho-  
ste fieret.
1204. Transeuntem denuo ad Otthonis partes  
Hassum, Philippus armis potenter cogit,  
& supplicem recipit.
1205. Laborat gravissimis malis præter bellum  
Germania, Anathemate percussis quot-  
quot Philippo faverent.
1206. Episcopatum Coloniensem igne ac ferro  
vastat Imperator, donec gratiam roga-  
rent incolæ, Ottho pecunijs ab Anglo  
juvatur.
1207. Pax redditur Germaniæ desponsa Otthoni  
Philippi

- A. C.
- Philippi filia promisso etiam post mortem Philippi Imperio.
1208. Philippus post venæ incisionem in cubiculo quiescens ab Otthone C. Wittelsbachio occiditur. succedit Ottho magna gratulatione.
1209. Ottho solemniter Romæ coronatur, data fide de rebus Ecclesiæ non tentandis. Verum vix digressus, incertum qua offensus causa, Flamminiam, Faliscos & Apuliam occupat.
1210. Neapolitanum quoque Regnum Friderico pupillo erepturum diris devovet Pont. & Imperio privat, unde ingentia mala.
1211. Evocatur ex Italia Fridericus II. & salutatur Imp. Ottho proin Germaniam repetit. Bertholdus Zäringius ab Helvetijs vincitur.
1212. Ottho Landtgravium Thuringiæ bello premit, mox Friderico occurrit, iniquo plerumque sibi Marte congressus.
1213. Ottho a plerisque deseritur, & licet manu ac consilio promptus nihil bellando proficit. Brabantia Dux ab Episc. Leod. vincitur.
1214. Ope Galliarum Regis Fridericus memorabili strage Otthonem triumphat ipsomet ægrè effugiente. inde plenè rerum potitus.
1215. Sacrum bellum indicente Pont. Fridericus ipse cruce signatur. Ottho ope fratris Elect. Palat. Hamburgum expugnat.
1216. Non pauci ex Germaniæ Principibus & ipsi

A. C.

- ipſi cruce ſignantur. Ottho ſeriam ante-actæ vitæ agit pœnitentiam.
1217. Teutonici Ordinis milites primam expeditionem contra infideles in Pruffia fuſci- piunt Ottho IV. Speculum veræ pœnitentiæ moritur, ab infimæ fortis homini- bus calcari volens.
1218. Ultimus ſuæ familiæ Dux Bertholdus Zä- ringenſis moritur. Inaudita infer Germa- niæ inundatio, innumeris pene oppidis, pagis, caſtellis aqua merſis, ob unicam ſacræ hoſtiæ violationem.
1219. Imperator Romæ ab Honorio Papa confe- cratur, mox ob ſacrilegia fidelium com- munionem ejeſtus. Scribitur idem nil opi- nantem Theobaldum Lotharingiæ Du- cem, veneno ſuſtuliffe.
1220. Teutonici Ordinis milites rem armis ſtre- nuè gerunt contra infideles, multis Vi- ctorijs potiti.
1221. Joannis Brenni Hieroſolymorum Regis re- conciliatur Papæ Frider. Imp. Coronatur Aquisgrani Henr. Friderici filius.
1222. Fridericus tota Germania milites conſcribit ad ſacram Expeditionem, ipſe in Italianam profeſtus negotia curat.
1223. Comitia Northuſij celebrat Henricus Rex. Frid. Imp. filius, Ludovicus Thuringus Orlamundanum C. bello premit.
1224. Comitijs Francofurtensibus, Henricus Rex conjugem ducit, Margaritam Leopoldi VII. Auſtrij Ducis filiam.
1225. Frider. Imp. cum Ludovico Gall. Rege fæ- dere jungitur. Ludovicum Bayariæ Du- cem



- A. C.
- cem bello petunt Salisburg. Episc. & Ratispon.
226. Bellum Boicum transactione finitum. Borussia à Conrado Massoviæ Duce libere donatur, Lubeca Imperio adjungitur.
227. Brunsvicum Ottho Lunenburgius ejecto Frid. Imp. præsidio occupat; frustra tentante Henrico Rege, cujus postea Dominium confirmavit Frid. Imp. & Otthonem Ducem creavit.
228. Excommunicatus vix adito Pontificatu ob sacrilegia à Gregorio IX. Fridericus, reconciliatur movens in Syriam. Henricus Rex Argentin. Diocesim petulantius vexans ab Episcopo profligatur.
229. Ulturus cladem Rex Alsatiæ vastat, verum Episcopus egregiè se opponit. Fridericus creditur fœdus cum Saracenis pepigisse.
230. Reversus ex Oriente Imp. absolvi rogar, ita bonis se excusari credens, interim Gibelina factione humana & Divina violat.
231. Ludovicus Bavarus, cum à cæna Stichum morionem ludo incesset parvo cultello confossus mox concidit.
232. Hermannus Thuringiæ Landgravius cum Seiffrido Electore Mogunt colliditur, & illusus à mulieribus Frizlariæ, urbem incendit.
233. Henricus Rex Baviariæ Ducem bello petit, victoriam indeptus. Fridericus in Messanenses barbara crudelitate grassatur.
234. Fridericus Ezelinum Tyrannum Italiæ imponit, quo nullum crudelius monstrum  
ab

- | A. C. |  |
|-------|--|
| 1235. | Fridericus Henricum filium parricidij damnat, Conradum min. natu Cæsarem creat. Henric <sup>9</sup> supplex, captivus moritur.   |
| 1236. | Friderico Austrio pacem turbante Cæsar munitiora Styriæ occupat, Viennam expugnat, quam Imperio adjungit.  |
| 1237. | Fundat Academiam Viennensem, inde Mediolanenses bello vincit, Tarvisio Ezelinum præficit, odium in Pont prodit.  |
| 1238. | Totum annum bello Longobardico infumit Cæsar, & urbes expugnat. Lemburgius Leod. Episcopum armis persequitur, hic vincit.  |
| 1239. | Fridericus frustra commonitus à Papa exauctoratur, stringunt Austrij Bohemi & Boji arma in excommunicatum.   |
| 1240. | Fridericus Austrius Viennam obsidet & recipit, inde primum Cæsaris affectans gratiam facile obtinet.   |
| 1241. | Ottho Brandeburgius Henricum Misn. March. omni ditione ejicit in Henricum sine terra dictum. Tartari Silesiam invadunt. Occurrit Princeps cum 30. mill. sed gloriose occumbit. |
| 1242. | Barbari discutiunt consilia principum de novo Cæsare creando.  |
| 1243. | Thomas Sabaudus Flandriæ Princeps Bruxellam expugnat, & Henricum Godefridum Lovan. Com. victos trahit.   |
| 1244. | Innocentius Papa Frid. Imp. ad dicendam causam ad Concilium Lugdun. vocat, fremente Cæs.   |

- C.
245. Non comparens Imp. communi Patrum calculo excommunicatur & Imperio privatur, Parmam obsidens in turpissimam fugam cogitur.
246. Imperator eligitur Henricus Thuringiæ Landg. qui mox insignem de Conrado Rege victoriam retulit, non multo post in obsidione Ulmæ sagitta peremptus. Moritur Lutgardis Abb.
47. Velut Sol inter Sydera Germaniæ exsplendescit Albertus Magnus, Præceptor S. Thomæ Aquinatis. Principes de alio Imp. legendo consultant. Fridericus & Ezeelinus Italiam perdunt.
248. Guilielmus Hollandiæ Comes Imp. eligitur, contra quem insignem armat exercitum Conradus.
249. Enzius filius Friderici vivus capitur, & alter frater Jordanus in acie occumbit. quæ Friderico plurimum doluere.
250. Guilelmus Hollandus Aquisgrani præsentibus 7. Elect. coronatur. quo ipso anno Fridericus miserè in Apulia injecto, ut volunt, à Manfredò pulvinari suffocatur. Sydus magnum S. Bonifacius Lausanensis claret.
251. Italis defectionem parantibus Conradus filius Frid occurrit, & Neapolim expugnat, ad hunc cum Henricus frater gratulatum properaret, à Saracenis captus, jussu Conradi, ut volunt, occisus est.
252. Sanguinarium Conradi Regis ingenium Italos plerosque avertit. Albertus Brunsvic. pro Rege Bohem. contra Ungaros

A. C.

- mirificè triumphat.
1253. Multi Itolorum Conradi odio ex Gibellinis Guelphi fiunt, Germania similiter factionibus miserè agitur.
1254. Alter Absolon pulchritudine, sævitia Tygri Conradus à Manfredo notho fratre veneno tollitur. Wilhelmus quietè Imperator potitur.
1255. Manfredus Saracenorum auxilijs utraq; Sicilia potitur. Guilielmus Imp. contra Frisios pugnans ex insidijs interficitur.
1256. Fluctuat Germania absque capite. Ludovicus Pal. Dux Bavar. causa inaudita Mariam Brabantinam, conjugem decollari mandat.
1257. Sola Principum invidia, diversis studijs alio Richardum Cornubiæ Comitem, alij Alphonsum Castellæ & Legionis Regem eligunt Imp.
1258. Richardus jam coronatus Imp. exhaustas quas ostentarat opibus, desertus ab omnibus in Angliam revertitur. Gerardus Elector Moguntin. dein Gorringensensem agrum vastat, victus ab Alberto Brunsvicensi & captus est.
1259. Liberè grassantur absque capite Germani, Brunsvicensis & Hassus variè dimicant. Albertus Magnus fit Episcopus Ratispon.
1260. Cerberus ille infernalis Ezelinus Tyrannus victus à Confoederatis & vulneratus paulo post moritur. Rudolphus Habsburgius centum millibus Equitum præfectus.

- A. C.
- fectus, sub Rege Bohemiæ Ungaris cæsis multum præstitit.
1261. Danus dum Slesuicensem Ducatum invadit, gravi prælio ab Holsatiæ Comitibus profligatur, & cum Regina captus Hamburgum ducitur. Rudolphus Habsburgius Episcopo Argent. adest, mox civibus contra Episcopum.
1262. Henricus Boiorum Dux Archiepisc. Salisburgensem bello graviter affligit. Rudolphus Habsburg. contra Episcopum rem strenuè agit.
1263. Post bellū octuene cum Hermanno Thuringo, Albertus Brunsvic. jam victor, graviter vulneratur & capitur.
1264. Moritur Richardus electus Imp. cōponitur bellum Brunsvicense & Thuring. Rud. Habsburgius cum Regenspergio pugnat.
1265. Carolus Ludovici Gall. Regis frater contra Manfredum evocatur. Rud. Habsburgius Regensperg. expugnat, & ditone exiit.
1266. Rudolphus Habsp. viso ven. Sacram. equo defilit, & pedes comitatur. Othocarus Bohemus Bavariam armis infestat.
1267. Othocarus & Boius reconciliantur. Conradinus evocatus à Gibellinis magno plausu excipitur. Rud. Habsburg. Tockenburghium domat.
1268. Conradinus Conradi Regis filius Sicilia potitur. Rudolphus Habsp. Basileam obsidet, cives ad duras conditiones cogit.
1269. Conradinus à Carolo victus, ex fuga retractus cum Frider. Austriæ Duce decollatur. Principes varij Germ, confœderantur

A. C.

1270. Stephanus Ungariæ Rex Austriam vastat  
1600. captivos abducit. In Rhætia &  
Helvætia Dynasta aliqui præliantur.
1271. Bohemus Ungariam, Ungarus Austriam  
& Moraviam vastat donec ab Episcopo  
& religiosis conciliarentur.
1272. Rudolphus Habsp. bello perurget Basileensem  
Episcopum, donec pacem peteret  
Ungari Austriam, Styriam, Moraviam  
populantur.
1273. Rudolphus Habsburgius communi denique  
consensu, excepto Ottocaro Imp. Rom.  
eligitur, mox 20000. Equitum comitatu  
Aquisgranum contendit, ubi coronatur.
1274. Papa lætus Lofannam usq; salutatum Cas-  
sarem occurrit. Hic Francofurti Comititia  
celebrat, & Principes conciliare laborat.
1275. Iterum Comititia Augustæ celebrat Rudol-  
phus, Bohemum, Boium aliosque elec-  
tioni suæ adversantes, hostes declarat.
1276. Bohemus, Bojus, Badenus arma rapiunt  
summisque viribus se Rudolpho oppo-  
nunt. Danus Slesuico inhians repelli-  
tur.
1277. Bohemus grandi clade victus, auro &  
gemmis cultissimus gryseam Rudolpho  
chlamydem supplex venerari compelli-  
tur, tentorio subitum convulso, ut om-  
nibus appareret. Badenus quoque vic-  
tus est.
1278. Ottocarus resumptis armis grandi conflictu  
ipse occubuit cæsis 14000. Cedit Victo-  
ri Austria, Bohemia cæsi filio permissa.
1279. Hoc & sequenti anno Comititia celebrat  
Augu-

- C.
- Augustæ Rudolphus. Joannes C. à Sponheim cum Moguntino congressus profligatur.
280. Moritur B. Albertus Magnus Ratisp. Episc. Mirabilis illa & DEO gratissima Gertrudes Abbat. Elpediana orbi innotescit.
281. Rudolphus Imp. Burgundiæ Comitatum, cæso Comite, Imperio subjicit. Fædum Thuringiæ bellum inter patrem & filios, quod parens ipse, novercæ dolo, filios evertere pararet.
282. Wirtenbergium armis domat Imp. qui diu Urbes Imperij vexaverat, totumque Imperium prædonibus purgat.
283. Movet in Sabaudum, & ope Helvetiorum Paterniacum & Moratum occupat. Adversantes sibi Imperij Comites conciliat.
284. Ludi Equestres Ratisponæ celebrati. Rudolphus Agnetem Burgundam ducit. Quidam Fridericum II. mentiuntur, exuritur.
285. Septimum sex Electoribus Cæsarum adjiendum ducit Rudolphus, & Bohemum Regem septimum esse jubet.
286. Wirtenbergium denuo inquietum armis petit, qui denique sese dedit. Italiæ Urbibus libertatem vendit.
287. Exardescit denuo bellum Thuringicum, quod Cæsar composuit. Fridericus Curienfis Episcopus, Werdenbergijs & Montfortijs infestus armis capitur, & elabi conatus ex casu moritur.
288. Teste Numine ipso magna non semel, sub

A. C.)

- hoc tempus imminencia mundo mal  
avertit S. Gertrudes Abbatisſa Baſileenſi  
Episcopus, cum Burgundo congressi  
vincitur.
1289. Adest Episcopo exoratus Imp. equo suffo  
so pedes acre prælium aliquandiu su  
stinens, coactò demum Burgundo se de  
dere.
1290. Comitia Erfurti celebrat Imp. supra 60  
arces prædonum in Saxonia evertit  
Brandeburgius Misnensem armis peti  
hic illum tribus prælijs victum pacem  
cogit petere.
1291. Moritur Rudolphus Imp. ætat. 73. Austri  
Styriq̄ue obedientiam detrectant, quos  
bello cogit Albertus Habſpurgius. Un  
garos etiam Austriam vastantes reprimi  
t.
1292. Adolphus Nassovius Francofurti creatur  
Imp. quod plurimum Alberto Rud. fi  
lio doluit, Austriorum seditione impe  
dito.
1293. Albertus compositis austriæ motibus Im  
perium invadit, Adolphumq̄ue aggredi  
tur. Thuringus in odium filiorum, ditio  
nes Adolpho vendit, qui jure nunc suo  
eas sibi vendicat.
1294. Dum Thuring. armis premit Adolphus, nihil  
efficit simulq̄; Principum animos avertit,  
quod legitimos hæredes everteret.
1295. Dum nova insuper imponit vectigalia, plu  
rimi Principes Alberto accedunt, & ani  
mare contra Imp. non verentur.
1296. Principum multi, pauci Electorum, Adol  
phum Imperio privati volunt, quod Al  
berto



- C.
- berto animum addidit Imperij porro invadendi. Brändenburgij Joan. & Ottho Polonum opprimunt & occidunt.
297. Adolphus cum Alberto pro Regno contendens, hoc nunc hostilia machinante, nunc pugnam detrectante variè luditur, interim relictae contra Thuringos copiae profligantur.
298. Conventu Principum Moguntino per absentiam Palatini & Trevirensis Imperium Adolpho abrogatur, Albertus eligitur, qui mox mox cruentissimo prælio victum Adolphum interfecit.
299. Albertus Urbes expugnat, & Comit. Francfurt. denuo Cæsar salutatur, qui ut sibi amicum Gallum redderet omni arte sagit.
300. Confirmat electionem Pontifex quod diu negaverat, mox Electores & qui maxime faverant eversum volunt. Palatinum armis cogit.
301. Wenceslaum recens electum Ungariæ Regem bello invadit, sed intemperie cæli rejicitur. Wagria Holsatia Stormaria bello fervet, insurgente in Principes Equestri Ord. sed fortiter pulso.
302. Iterum Ungaros tentat Imp. qui sororem illi reddunt, quam in custodia clauserant. Flandri memorabilem de Gallis triumphum referunt.
303. Albertus Imp. Helvetijs Libertatem confirmare recusans, Tyrannidis affectatae suspectus redditur, illi nobilium insolentiam domant.

A. C.

1304. Ungari Otthonem Ungarum, Belæ IV. ex filia nepotem Regem eligunt & coronant, Turbatæ in Helvetia res.
1305. Grandi peste laborat Germania, ita ut in Saxonia & Thuringia vix tertia pars mortalium superesset.
1306. Dum Bohemi in legendo Principe dissentiunt, Albertus electionem annullat & Rudolphum suum filium renunciat. Iterum parens contra filios in Thuringia, scelere nequissimæ novercæ.
1307. Vix adito Regno Bohemiæ Rudolphus ventris profluvio tollitur cunctis ad Henricum Tirolensem respicientibus, Albertus tam pingui bolo inhiat, unde gravis Regni vastatio.
1308. Magnum omnino sydus è Germania cælo asseritur S. Mechtildes. Albertus Imp. à Joanne fratris filio, cujus bona tutorio nomine diutius retinuit, interimitur. Eligitur Henricus Lucelburg. opt. Imp.
1309. Hic Aquisgrani solemniter coronatur. Wirtenbergius denuo in urbes injurius, nec acquiescens opt. Cæsari, armis cogitur.
1310. Opes Bohemiæ exhaurit Henricus Tirolensis Regni desperatione mox ad Joannem Henrici Imp. filium Bohemi respiciunt.
1311. Henricus Imp. Mediolani coronatur. Alberti Imp. cadaver Wetingæ asservatum Spiram transfertur & juxta Adolphum conditur.
1312. Henricus festo SS. Petri & Pauli Romæ corona-

rona-

A. C.

ronatur. Pests Germaniam vexat, vix tertia parte hominum superstite, Brandenburgius Hassiam, Hassus Brandenburg. Marchiam vastat, hic captus evadit.

1313. Opt. Imp. Henricus veneno in S. Hostia porrecto tollitur. Electorum alijs Friderico Austrio faventibus, plura nactus Vota Ludovicus Bavarus Imp. salutatur.

1314. Miserè in factiones distrahitur Imperium & laceratur. Helvetij nimium vexati jugum excutiunt Wilhelmo Tello & socijs authoribus.

1315. Ludovicus & Fridericus coronari se faciunt. Leopoldus Friderici frater, movens in Suicios, victus ægrè evadit.

1316. Ludovicus & Fridericus cruento prælio ad Neccarum concurrunt, incertum uter superior. Helvetij confœderantur.

1317. Ludovicus Italiae retinendæ intentus, Libertatem à Rudolpho Urbibus ejus concessam, freudentibus Italis, ridet, & Præfectos mittit, cogitque.

1318. Colonienfes ope vicinorum Principum, cogunt suum Electorem Ludovico Imp. præstare promissa. Peste Erfurti solummodo 136. millia periere.

1319. Ludovicus & Frider. prope Müldorffium congressi, ille victoriam meruit. Helvetij rebus suis consulunt, in Leopoldi arma intenti.

1320. Fridericus electionem suam confirmari à Pont. rogat, qui differendum censuit. Colonienfes Episcopum suum non servan-tem armis petunt.

- A. C.
1321. Ludovicus dum Italos Imperio afferit, suspectus à malevolis Papæ redditus, quasi & Ecclesiæ bonis inhiaret, mox odiosus redditur.
1322. Fridericus jam quasi certus de favore Papæ, una cum Leopoldo fratre ipsam Boicam ferro aggreditur. Dithmarsii Holfatas repellunt.
1323. Gravibus irritatus injurijs Ludovicus magno furore in Fridericum invehitur, profligat exercitum, ipsumq; captivum cum fratre abducit.
1324. Vocatus Avenionem Ludovicus quod Gibellinis favere videretur, convocato Principum consilio, Legatum mittit & Ecclesiæ interim se submittens ad Concilium generale provocat, mox Anathemate feritur.
1325. Ludovicus captivum Fridericum dimittit, accepto prius juramento quod Imperium repetiturus non sit, Papa extortum contendente.
1326. Ingemiscit nunc sub Guelphica factione Italia, & dum frustra Papæ queritur Ludovicum invitat Leopoldus Austrius Helvetijs odiosissimus, Argentinæ febri & atra bili extinguitur.
1327. Ludovicus Tridento Mediolanum petens corona ferrea coronatur.
1328. Romam occupat & coronatur à Stephano Columnio Cardin. Imp. Inde Nicolaum V. Antipontificem eligi curat; excommunicatur.
1329. Germanis nutantibus ob Anathema, adproperat

A. C.

- perat Ludovicus Italis statim deficientibus & Nicolaum Antipapam capientibus.
1330. Bohemus in Italiam profectus promittit Ludovicum & Papam conciliare, Italis statim Cæsarem rursus respicientibus.
1331. Bohemus felices successus nactus in Italia Carolum filium ubique præficit, inde suspectus Ludovico redditus, ut merito caveret.
1332. Italis quoque Bohemo non fidentibus, is tædio concepto revertitur absque ullo fructu Lucernam frustra tentant Austrij.
1333. Ludovicus per Legatos & Principes Papæ reconciliari & confirmari rogat, nihil tamen impetrat.
1334. Crescit odium Helveticorum in Austrios & Nobilitatem, qui hoc anno plurima passim castra diruunt.
1335. Benedictus Papa Ludovicum ad gremium vocat, qui facile persuasus etiam Imperio abdicare voluisse scribitur. Landgravius Thuringiæ cum Erfurttensibus colliditur, hi erumpentes capiuntur.
1336. Henrico Tirolensi mortuo, præterito Joannis Regis filio qui unicam Henrici filiam duxerat Carinthiam, Carniolam, &c. Austriacis in fidem dat Imperator, inde lites, brevi tamen compositæ.
1337. Ingens locustarum vis Germaniam depascitur, dentibus instar gemmarum nitentibus. Ludovicus Anglo opem promittens contra Gallum à Principibus prohibetur.

A. C.

1338. Iterum humillime absolvi rogans Imp. nil efficit, pro quo & Electores graves dant litteras, suum esse eligere, non Papæ.
1339. Laupense Bernatum oppidum obsident Austriacorum 30000. sed profligantur 5500. cæsis.
1340. Collisi Papa & Cæsar Germaniam valde contristant. Helyetij multa castra Kyburgiorum vastant.
1341. Margarita Maultaschia Princ. Tirol. Ludovicum Brandenburg. maritum quærit Cæsaris filium. Henricus Ferreus C. Holfatiæ magnis cladibus Danum afficit, Seelandiam premit.
1342. Idem magnum se Heroem Victorijs probat, ut & Fridericus strenuus Thuringus, qui Weinmariense subigit.
1343. Etiam apud Clementem Papam humillime instat Imp. pro absolutione, sed frustra nisi prius se abdicet, quo graviter irritatur, &c. excommunicatur denuo & Imperio privatur.
1344. Rex Bohemus Ducem Suidnicensem armis cogit, quod cum Polonus cognatus ulcisci pararet, & ipse profligatur.
1345. Clemens territus rumore venientis in Italiam Cæsaris, Electores accelerare jubet novam Cæsaris electionem.
1346. Eligitur contra Lud. Carolus IV. Joannis Bohem. Regis filius, qui statim à Papa confirmatur, hic Comitij Spirensibus sua firmat.
1347. Ludovicus Imp. è Venatione redux apoplexia tactus, & equo delapsus, paulo post mori-

A. C.

moritur. Thuringus contra Carolum à nonnullis lectus 10000. argenti marcis acceptis Carolo cedit.

1348. Guntherus Schwarzenburgius à 4. Electoribus contra Carolum Imperator eligitur, & à Moguntino coronatur, provocatus ab hoc, Carolus bellum refugit, Gunthero venenum propinatur.

1349. Gunthero jam ægro Carolus 22000. marcarum pendit, is paulo post moritur. Pestis & ignis Sacer tota Germania grassantur.

1350. Durat pestilens lues in tertium annum, sublati è solo Ordine Franciscano 124. millibus & 434. desideratis. Habsburgij in Helvetia infeliciter varijs locis pugnant.

1351. Albertus Austrius magno cum exercitu Tiguram obsidet, sed frustra, pauci Helvetij multos cædunt. Teutonici Ordinis Equites insignem de Lituaniis triumphum referunt 8000. cæsis.

1352. Albertus Austrius iterum Tigurum cum 50000. obsidet, præfens Brandenburgius pacem utrique parti suadet & impetrat.

1353. Recrudescunt lites & Helvetij Alberto Turingium eripiunt, qui Carolo Imp. queritur, qui ipse occurrens causas audit.

1354. Imperator regressus, cum Tigurum renunciare confæderationi jubet, nil impetrat, proin adducto exercitu cum Alberto Urbem minatur, sed lite orta inter suos, & Confæderatos timens, recedit.

1355. Iter in Italiam parat Carolus, & Mediolani dein Romæ coronatur, mox reversus Ra-

A. C.

- tisponæ causam Alberti & Helvet. audit.
1356. Cæsarem inter & Wirrttembergium bellum exoritur sed componitur. Comitij Norimberg *Aurea Bulla* à Cæsare editur
1357. Wirrttembergi<sup>9</sup> multa iterum loca occupat, & cum Alberto Austrio colliditur donec transigeretur.
1358. Nunc etiam foedere junguntur Austriaci & Tigurini. Moritur Albertus succedit Rudolphus filius, qui confirmat foedus.
1359. Rupertus Bavarus jussu Imp. Wirrttembergium petit armis, mox ipso Carolo cum exercitu subsequente, illumque cogente.
1360. Eslingæ dum conventum Principum cogit Imp. seditione civium cedere cogitur, proin Wirrttembergio illos cogendos committit.
1361. Pragensis Universitas instituitur. Nascitur Wenceslaus Ignavus. Ludi Equestres Stugardiæ celebrantur.
1362. Angli Treverorum provinciam, mox Alfatiâ populantur. Nunc etiam confirmat Confœderationem Tigurinorum Cæsar.
1363. Wenceslaus Bimulus jussu Cæsaris Rex Bohemiæ inauguratur. Northusani cum Honsteinio Comite colluctantur.
1364. Carolus Imp. cum Austriaca Domo foedus renovat.
1365. Iterum Angli Germaniam infestant &



- A. C.
40000. Argentoratum obsident. Sed dum vi parari intelligunt, revertuntur.
366. Carolus Imp. cum filio Wenceslao in Gallias concedit Anglum Gallumque Reges conciliaturus.
367. Wirtenbergius ab Ebersteinijs C. C. penè oppressus bellum parat. Egon Comes cum Friburgensibus suis colliditur.
368. Carolus Romam à Papa invitatus magno plausu excipitur, ejusque conjux coronatur. Wirtenbergius exosissimus Nobilitati armis petitur, quos in Heysheim ad deditionem cogit.
369. Carolus Imp. cum Ludovico Ungariæ Rege colliditur, sed per Legatos Papæ conciliatur Margarita Flandria Philippo Audaci Burgundo nubit, jus secum totius Belgij conferens.
370. Wenceslaus Caroli Imp. filius miro splendore nuptias celebrat cum Joanna Alberti Bayar. D. filia.
371. Wenceslaum Brabantiae Ducem gravi clade afficit Dux Juliacensis, ipsumque capit, metu tamen Imper. dimittit.
372. Confoederatarum contra se urbium exercitum, prope Altheimium profligat Wirtenbergius.
373. Gravissimis exactionibus Urbes vexat Cæsar, renuentes per Wirtenbergium cogit, ipse Ulmam obsidet, quæ inducias obtinet.

Inundatio

A. C

1374.

Inundatio mira fluviorum, ita ut Rhenns Coloniae moenia superaret. Eligitur Moguntiae Archiepisc. Adolphus Nassovius Concordi calculo. Obtrudit se Lud. Misniae Marchio, inde bella.

1375.

Alsatiam mox Helvetiam vastant Anglorum circiter 70000. &c. Bellum Moguntinum acriter effervescit, Caesare Misnensi juvante.

1376.

Helvetij captim Anglorum multitudinem caedunt, & sic provincia ejiciunt. Colonienses quoque cum suo Praesule praeliantur.

1377.

Varia fortuna pugnat cum Urbibus confederatis Wirtenbergius uno succumbens praelio, alio corruptus auro, tertio victus.

1378.

Carolus IV. Imp. moritur, succedente Wenceslao filio pudendo, pro quo pater Electoribus optimas Imperij Urbes impignoravit.

1379.

Pessimo statu Imperium sub ignavissimo mortalium, jactatur intestinis motibus, potentiore quovis rem suam urgente.

1380.

Comitia Aquisgranum indicit Caesar, quibus Urbanum VI. probat, rejecto Clemente Antipapa. Boicae Principes, & Urbes Imperij, bello quinquennium durante hostiliter pugnant.

1381.

Miserè perit Moguntinae sedis invasor Ludovicus, Adolpho deinceps quiete rerum potente, quem tamen paulo post etiam

- A. C.
- eriam Rupertus Palatinus bello tentavit, donec res componeretur.
1382. Austrij Ministri contra datam fidem Bernatum arces tentant, illis deinceps soluto fœdere sua tuentibus non solum, sed promoventibus. Wenceslaus monitus Imperium visere, contemptim eludit.
1383. Prosequuntur feliciter bellum Helvetij contra suos hostes Boij impunè Bohemiam invadunt, & liberè grassantur.
1384. Leopoldus Austrius bellum in Helvetios parat, & quos potest ab ipsis prius avertit, illis facile subodorantibus, nec negligentibus.
1385. Berna, Tigurum, Solodurum & Tugium fœdere junguntur, & cruento prælio, expugnatione diversarum arcium præcludunt.
1386. Robur Nobilitatis Suevicæ & Alsaticæ contra Helvetios adducit Leopoldus Austr. & à paucis grandem accipiens cladem prope Sempacum, ipse cum præcipuis occumbit, 9 Julij.
1387. Junior Leopoldus ulturus patris necem, vires undique colligit Helvetijs fortunam prosequentibus, & varia loca subigentibus.
1388. Mentitus iter Romanum ignavus Cæsar, ad id decimas redituum Eccles. per Germ. & Bohem. impetrat, quas pergræcando absomit.
1389. Varia fortuna Austrij Helvetijq; dimicant, his tamen majorem partem de illis triumphantibus.

A. C.

1390. Moritur Albertus cum Trica Austrius, dum bellum in Bohemos parat, Diethardus Com. Catimelibozi, Colonienf. agrum bello petit.
1391. Extorquent denique Status ab Ignavo Cæs. Conventu Ægræ celebrato, armistitium inter Urbes & Principes. Prosperere rem gerit Ordo Teutonicus in Livonia.
1392. Pergunt rem suam curare Helvetij, & quidem inducijs benè usi, ad futura se parant.
1393. Captus à civibus nonnullis Cæsar, & aliquot hebdomades retentus petita licentia balneandi nudus Moldavum superat & evadit, Colonienf. bellum reconciliato cum civibus Episcopo sedatur.
1394. Iterum captus in Venatione Wenceslaus & Viennam ductus, per funem se demittit, & opera piscatoris evadit.
1395. Iterum collisi cum Wirtenbergio Nobiles, foedus cum Urbibus ineunt, & bellum parant, statim initio oppressi, at conciliati.
1396. Ordo Teutonicus rem suam mirè promovet, quos bello aggressurus Polonus à suis prohibetur, ne totam contra se Germaniam concitat.
1397. Wilhelmus Montium Dux, Clivensem bello aggreditur, vincitque initio, paulo post victus & cum Juliacensi Duce captus.
1398. Principes, sub Ignavo Imp. prædonum publicorum castra evertunt, Guilielmus Ostrovandus, Frisios bello subigit.

Con-

- A. C.
1399. Conjurant plurimi Principes in exauctorationem crudelissimi & Ignavissimi Imp. Teutonici de Massagetis triumphant.
1400. Turpissimo Cæsare communi omnium calculo exauctorato sufficitur Rupertus Palat. ex Consilio Rom. Pont. electione facta.
1401. Romam iturus Rupertus à Galeatio Duce armis prohibetur, reversurus in Germaniam à Venetis vocatus, mutans itineris propositum, bellum in Galeatiam meditatur.
1402. Viribus impar, in Germaniam revertitur, Galeatio coronam sibi promittente & dum Romam cogitat morte abrepto.
1403. Turpissimo exemplo Adolphus Bergensis Dux, patris senio impatiens, in vincula conjicit, & partiri secum cogit. Abbacellani in Nobiles insurgunt, hos juvans Abbas S. Galli, profligatur.
1404. Albertus Austrius dum Znoymam Moraviae obsidet veneno tollitur. Wenceslaus & Sigism. fratres bellum parant, sed conciliantur.
1405. Altera vice Abbatis Sangallensis copias cædunt Abbacellenses, mox in Tirolim usque progressi, Imstij Archiducis copias fundunt.
1406. Sternutatione sola Germanorum millia occumbunt. Leopoldus & Ernestus Austrij, super Tutela Alberti pueri certant.

A. C.

1407. Compositi videbantur cum repente cædibus rapina, incendijs Austria vastatur, donec tutela adjudicaretur.
1408. Abbacellani ad Brigantiam denique profligantur. Post datas acceptasq; clades, Abbacellani & Abbas à Cæsare conciliantur.
1409. Motus Austriaci industria Georgij Trident. Episc. componuntur Basileenses cum Catharina Leopoldi vidua hostiliter certant.
1410. Moritur Rupertus Imp. inde diversis studijs & calculis Jodocus Brandeburgius, & Sigismundus Ungar. Rex eliguntur.
1411. Jodoco post VI. ab electione mensem extincto, Electores in Sigismundum plerique consentiunt.
1412. Sigismundus Imp. verè Protectorem Ecclesiæ se probans, plurimum laborat in Schismate tollendo. In Thuringia res inquietæ.
1413. Persuadet Joanni Papæ Sigismundus, ut in Concilium Generale consentiret, Constantiæ ad Potamicum locum celebrandum. Heldrungius Thuringiam armis infestat, hasta denique confossus.
1414. Exquisito cultu Joannes XXI. Papa Constantiam ut & Sigismundus Imp. ingrediuntur, hic die Nativ. Christi Diaconum Papæ agens, canit Evang. *Exijt edictum à Cæsare Aug. &c.*
1415. Rerum egregiè satagit in Concilio Sigism. in quo Episc 346 aderant. Joan. Antipapa effugit, sed reducitur, Hufs crematur.

Sigif-

- A. C.
1416. Sigismundus ipse Ecclesiæ causa in Gallias Angliam Hispaniam atque Aragoniam contendit, ad avertendos à Schismatico Papa Reges. Sabaudus cum Helvetijs armis contendens, reconciliatur.
1417. Revertitur re bene gesta Imperator, & Martinus V. Papa eligitur, ex quo tempore Concilium verè Sanctum & Oecumenicum fuit.
1418. Absolvitur denique Concilium Constantiense longè celeberrimum pace Ecclesiæ reddita. Colonienſe bellum feliciter confopitur.
1419. Moritur Ex-Imperator Wenceslaus, Ziska se prodit. Helvetij sese mutuo armis petunt, tandem reconciliati.
1420. Movet contra Ziscam, 150. millium exercitu stipatus Imp. fugatus primum solo conspectu, dein cæsus, & turpiter pacifici coactus.
1421. Iterum, non absq; maleficij suspicione, pulsus noster exercitus. Ingens inundatio, qua 30. ferè oppida & pagi merſi.
1422. Martini Papæ ope & opera tertius jam Crucis signatorum exercitus in Hussitas ducitur, pari clade repulsus. Albertus ultimus Electorum Saxon. è familia Anhalt moritur.
1423. Succedit in Electoratum Sax. Fridericus Marchio Misnensis cui litem movet Brabanturgius; sed acceptis 28000. fl. cedit. Magno Catholicorum plausu juratissimus hostis Ziska moritur. Reinhardo Duce
1424. Juliaci & Geldriæ superiori anno mortuo,

A. C.

- tuo, Arnoldus Egmondanus Geldria, Adolphus Montensis Juliaco potitur.
1425. Nostri denuo Hussitas aggressi, cæsi sunt amissis 12000. Abbacellani ab Episc. Constant. excommunicati, ipsum bello petunt.
1426. Helvetij Confæderati vallem de Oscella ferro ignique vastant, donec à Mediolani Duce magnam pecuniæ vim acciperent. Hussitæ jam etiam extra Regnum arma proferunt, & Silesiam vastant.
1427. Electores ingenti cum exercitu movent in Hussitas, solo conspectu opulentissima Castra deserunt & fugiunt. Abbas Sanct. Galli & Nobiles Cæsari queruntur de Abbacellanis, jubentur cæteri Helvetij juvare.
1428. Triumphantur deniq; à Frid. C. de Tocken-burg Abbacell. & remittunt. Æstas humidior quam ingens pestis sequitur.
1429. Hussitæ intestinis motibus ab ulteriore conatu tardantur. Invalescens prædonum potentia Ottho Brunsvicensis ipsos evertit.
1430. Stupente & parcente Germaniæ Hussitæ cum 80. millibus invadunt Saxoniam, Misnensis Marchio cum 150. mill. occurrat, sed fugit. Idem in Brandenburg. Norimberga auro se redimit.
1431. Sigismundus Imp. Mediolani coronatur. Martinus Papa Concilium Basileam indicit, paulo post moritur. Eugenius successor Concilium revocat, quod ipso nolente Patres prosequuntur.

Coro-



- A. C.
1432. Coronatur Romæ Sigism. nimis obstinate Concilium urgens. Ejus Ehippium veneno inficit stabuli præfectus, cui ipse insidere cogitur, re comperta, donec calefacta sella miserè periret.
1433. Delirant absq; capite membra Basileæ congregata. Congressi Moguntinus & Habsus justa acie, ille vincitur.
1434. Conciliabulo Basileensi, multa benè quidem statuta, sed perperam absq; Papa, ea inter nequis nepos Papæ Cardin crearetur. Teutonici milites Polonum & Hussitas vincunt.
1435. Victis demum Hussitis & 12000. in acie cæsis Bohemia potitur Sigismundus Imp. Albertus Boius patrem armis cogit, Herbipolenses contra Episcopum pugnant, & triumphantur.
1436. In Flandria Anglis tumultum concitantibus. Dux Burgundiæ Calitium obsidet, sed Gandavensium culpa solvere cogitur.
1437. Moritur Sigismundus opt. Imp. hærede designato Alberto Austrio, sed Bohemi Casimirum Polonum vocant, in hunc ille arma parat.
1438. Albertus Aufr. creatur Imp. & Aquis coronatur, mox Pragæ quoque coronam sumit, inde Thabor obsidet.
1439. Conciliabulum Basileensi Alphonsi Hispani Aragonum Regis instinctu, pedem pro capite imponunt Amadeum Sabaudum odorantes Felicis V. nomine. Delphinus Helvetiæ imminens pellitur.

Alber-

A. C.

1440. Alberto extincto Electores Cæsarem salutant Fridericum III. Aufst. Joan. Gutenbergius Argentin. Artem Typographicam reperit.
1441. Conciliabulo Basileensi Festum Visitationis B.M.V. instituitur. Confæderatæ Alemann. Urbes Lupfensem Comitum expugnant.
1442. Frider. Imp. post Comitata Ratispon. Basileam ascendens, Conciliabulum reprobat & Constantiæ id profequitur. Reconciliantur cum ipso Tigurini, & Kyburgensem Comitatum ipsi donant.
1443. Thaboritæ à nostris oppressi ingentem cladem accipiunt, Helvetij Tigurinos bello petunt, ob amicitiam cum Austriacis.
1444. Delphinus Galliæ ad disturbandas Conciliabuli Basileensis reliquias oportunus adest Austrijs contra Helvetios, à quomille & sexcenti Basileam ceu præsidio futuri dum veniunt, cæduntur.
1445. Wilhelmus & Fridericus Misnenses, de Thuringiæ Principatu juratis odijs concurrunt. Coloniensis item Geldriæ Dux & Juliacensis armis colliduntur. Pugnant Helvetij cum Austr. & Tigurinis.
1446. Inducijs brevibus absolutis Fridericus Elector Sax. & Wilhelmus frater atrocissimis conflictibus certant. Coloniensis in Sufatenses movens vincitur. In Holsatia qui 100. millia pereunt.
1447. Brandeburgius & Hassus cum precibus tumminis, fratres Mysnenses consopiant. Sed & alibi bella flagrant.

- C.
448. Lucemburgensi mortuo, Saxo & Burgundus de jure certant, ille Cæsar favet, hic securior quam cautior, subito à Burg. ejicitur. Helvetij Fryburgenses cum Sabauda hostiliter colliduntur.
49. Albertus Brandeburgius in Norimbergenses movet, his urbes, illi Principes adfunt. Galliarum Rex componit Sabaudum cum Fryburgens.
50. Albertus Brandeb. novies cum Norimb. congressus octies victor extitit. Fryburg. Universitas per Alb. Austrium fundatur.
51. Vix compositi, denuo collisi, fratres Frid. & Wilh. Sax. Principes gravius quam ante armis concurrunt. Cæsar pacem imperat. vel omnimodam everfionem minatur. Ita mutuo complexi sunt.
52. Fridericus Romæ coronatur, Ungaris interea Ladislaum quem educaverat Cæsar, repetentibus, reducem Aug. donec redderet apud Novam Civit. obsidentibus.
53. Extorquent etiam ab inito Cæsare coronam suam Ungari, & Ladislaus coronatur. Teutonici in Prassia à Polono profligantur.
54. Teutonici nil territi defectione Urbium, bellum restaurant quod 13. annos duravit, Marte nostris plerumq; iniquiore.
55. Exardescit magis magisq; bellum Prussicum, varia fortuna pugnatum. Saxo moturus bellum Magdeburgio Episc. dum intelligit ipsum nihil movere, sed rem DEO committere, cum tali inquit, nihil audeo.

A. C.

1456. Fridericus Imperator, si quis ullus alius rerum suarum satagens, magna prudentia sua firmat.
1457. Æneas Sylvius Apologiam edit cōtra Pragmaticam in Conciliabulo Basileensi constitutam. Rapersvillani aliquot favore Confœderatis visi in Tyrolim rapiuntur, hinc omnia turbata.
1458. Moritur Ladislaus Bohem. Rex & dum Frid. Imp. & cognati Albertus & Sigismundus Polonus item & Saxo Regnum ambiū Bohemi deferunt Georgio Podiebradice Ungari Matthiam Corvinum eligunt.
1459. Fridericus Imp. cum Alberto fratre de Austria contendit. Matthias Rex coronam repetit, mox armis urget, sed absens, ita infelicitur.
1460. Helvetij contra Sigism. Archid. arma capiunt, rem Bavaro consopiente. Austria & Vienna seditionibus jactantur.
1461. Diethero Isenburgio & Adolpho Nassovio de Electoratu Mogunt. contendentibus dum magni Principes utrique adsunt ingens bellum. Albertus Austr. ob participationem Cæsari bellum movet.
1462. Palatinatus Carolum Badensem, Georgium ejus fratrem & Ulricum Wirtemberg. profligat & capit. Alberto omnia contra fratrem Cæsarem in Austria movente, hic non leviter periclitatur.
1463. Fridericus Imp. dura obsidione Viennæ in arce à fratre pressus ope Bohemi liberatur. Protrahitur bellum Moguntinum.
1464. Moritur Albertus, & Fridericus Imp. res Austriae

A. C.

- striae componit. Matthiae Ungaro coronam reddit, cum quo pacem firmat.
465. Fracti viribus Teutonici tandem pacem cum Polono ambiunt seque perpetuo in devotione Regum fore promittunt.
466. Paulus Papa Georgio Bohemiae Regi ob Haeresim diem dicit quem Regno privat. Frid. Imp. res Austriae nutantes firmat.
467. Leodium memorabili obsidione ob rebellionem à Carolo Burgundo cingitur. Rursum rebelles in Austria domandi.
468. Expugnato Leodio nimium saevit Carolus 600. infantibus Mosa merfis. Bellum Colonense contra Episc. Fridericus Imp. Romam pergit.
469. Fridericus Palat. Archiepiscopi Colon. frater strenue rebelles premit. Matthias Ung. Rex Bohemum vincit, & Regno potitur.
470. Contra Ungarum parat arma Polonus, quem Papa prohibet. Fridericus Palat. & Lud. Dux Veldentij Comes armis concurrunt.
471. Pergunt praeliari cognati, Fridericum Caesare proscribente cujus tamen gratiam, invito Caesare, & pacem Ludovicum exorat.
472. In conciliandis Ungaro & Polono, ratione Regni Bohemici plurimum laborat Rom. Pont. Matthias Polono minatur.
473. Fridericus Imp. & Carolus Burgundus apud Treverim conveniunt, hic filiam Maximiliano Archiduci promittit.
474. Impignoratas Burgundo Austriacas provin-

A. C.

- vinciam, hoc solutionem recusante, ope Helvetiorum recipit Sigismundus Austr. Inde Bellum Helveticum & Burgundicū
1475. Carolus Burgundus Novesium obsidet, in quem cum 80000. Fridericus Imp. movet, paratumq; congredi Carolum, amicum, quam hostem præeligens, ipsum inter & Colonienfes pacem sancit.
1476. Aggreditur Helvetios Burgundos, & 50000. contra fidem datam cum laqueo suspendit, tum aquis mergit, ingenti prostrage cæsis & merfis 30000. ad Murtam profligatus.
1477. Nancejum Lotharingæ dum obsidet Burgundus, Lotharingo adsunt Helvetij, quorum ope victus Carolus 3. vulneribus occubuit, Cæsar Polonum contra Matthiam Ung. fovens, ab hoc bello opprimitur.
1478. Cæs. pacem 150. aureorū nummūm millib<sup>9</sup> pacem redimit, Tit. Regis se abdicat, Regemque Bohemiæ Matthiam confirmat.
1479. Conciliantur Matthias Ungar. Rex & Polonus. Hoc primum anno Helvetij à Galliarum Rege stipendia accepere, Eisdiam subigere conati Saxones à Moguntino reprimuntur.
1480. Recrudescit Ungari bellum cum Cæsare, donec Turcæ occurrere cogeretur. Seditionibus agitur Belgium donec sopirentur.
1481. Magno metu Germaniam liberat Ungarus Turcas profligando Maximilianus Archidux varijs locis in Belgio potitur.

- A. C.
482. Moritur Maria Burgunda Maximiliani Archid. uxor & Wilh. Saxon, Dux bello celeberrimus.
483. Flandris à Maximiliano descendentibus grande bellum excitatur Matthias Ungarus, Austriam denuo bello aggreditur.
484. Corneoburgum obsidet, eoq; missum Cæsaris exercitum profligat. Fervet bellum Flandricum, varia fortuna, gestum.
485. Matthias Rex Viennam, necquidquam obnitente Cæsare expugnat. Sed & Neapolim deditione occupat. Cæsar Austriam deserit, se hoc solatus: *Summa felicitas est, rerum irrecuperabilium oblivio.*
486. Maximilianus I. Rom. Rex. eligitur & coronatur. Moritur Albertus Elector Brandeburg cogn. Achilles German. incomparabilis.
487. Comitibus Norimberg. Fridericus Imp. auxilia contra Turcas urget, & contra Matthiam Regem. Moritur B. Nicolaus Svitensis.
488. Dum exactioibus nimis Flandria & Burgæ vexantur, Libertatem quam Helvetij sibi pollicentur, capitur Maximilianus rem componit Frid. Imp. Matthias Rex Gloggovij Ducem Principatu ejicit.
489. Oritur bellum Gallium inter & Cæsarem, quod illé Annam Britannæ hæredem, jam ante Maximiliano desponsam uxorem duxisset. Imperator & filius Maximil. pacem sanciant cum Ungaro.
90. Moritur terror Turcarum Matthias Ungariæ Rex potentissimus Viennæ extinctus

A. C.

- tinctus æt. 47. Regni 33. Maximil. Austr.  
 bellum contra Gallum profequitur. Bel-  
 lum Abbacellanum consopitur.
1491. Algoij contra Principem Campidon. arma  
 corripunt, â fædere Suevico repressi. Al-  
 bertus Sax. Dux Batavos compefcit.
1492. Constantienf. Comitijs, frustra Maximilian.  
 Principes in Gallum concitat, qui ami-  
 cum quam hostem maluere.
1493. Moritur Linziz Frid. Imp. ætat. 78. succedit  
 filius Maximilianus.
1494. Hic Turcas â Carniolæ & Corinthiæ finibus  
 arcet, in Geldrum movens nil efficit, ple-  
 stente Numine militum scelera & licen-  
 tiam.
1495. Camera Imperialis Judicium Spirense in-  
 stituit Maximil. Imp. Idem fœdus cum  
 Rom. Pont. Hispano & Venetis in it con-  
 trâ Gallum.
1496. Cæsar rogatus â Venetis, ut Florentinos vel  
 â Gallo averteret vel opprimeret, nihil ef-  
 ficiens domum revertit. Philip. Austrius  
 Regis Ferd. filiam uxorem ducit.
1497. Maximilianus Imp. Helvetios pertrahere ad  
 fœdus Suevicum conatus, nihil respondi-  
 meretur, nisi: proprio se fædere impediri.
1498. Dum Helvetij prorsus jungi Cæsari vel Sue-  
 vis abnuunt, Constantia utrobq; invitata  
 Suevico fæderi jungitur, Rhætis ad Hel-  
 vetios se addentibus. Cæsar de Bello Hel-  
 vetico Constantiæ consultat.
1499. Mira atrocitate bellum Helveticum suscipit  
 Cæsar, Helvetijs plerumq; triumphantibus,  
 donec Mediolani Dux Basileæ partes com-



- C.
- componeret, & Constantia Turgoviam Helvetijs cedere cogeretur.
1500. Nunc Amicus, ex hoste Cæsar, confæderationem Magnam, cum Helvetijs init, quod à Galli successibus metueret.
1501. Ingens per Germ. fames, cruces sanguineæ in vestibus apparent. Basilæa & Schaffhusium Helvetijs junguntur.
1502. Lue pestilenti decedunt qui priori anno cruce notati erant. Duo rustici Spirenses Ligæ initium faciunt dictæ der *Bundschuh*.
1503. Bellizonam Gallo eripiunt Helvet. Contenditur acriter in Bavaria super Georg. Ducis cogn Divitis Principatu.
1504. Rupertum Palat. dum à bello avertere consilio non potest, armis cogit Cæsar, qui non multo post veneno an mœrore decessit. æt. 23.
1505. Comit. Colon. bellum Boicum sedatur, & Philip. Elector in gratiam recipitur, habita etiam ratione filior. Ruperti mortui.
1506. Geldrenses Holland. & Brabant bello instant, Nassavio, quantum poterat, obnitente. Ungariæ tumultum sedat Imp.
1507. Comitij Constantiensibus adsunt Cæsar, Electores omnes & Principes ferè universi, actum de expeditione Italica pro corona, Geldrenses pergunt grassari. Lubecenses contra Megapol. Ducem.
1508. Impedient. iter Cæs. Venetis, Cæsar contra ipsos cum Julio Pont. Ludovico Gallo, & Ferdinando Hispano confæderatur.
1509. Cæsar Veronam, Tarvisium, Patavium expugnat,

A. C.

- pugnat, negotiationem etiam minuens. Venetis Antverp. transfert, ipsis tamen opem Turcarum non admittentibus.
1510. Pontifice fœdus deserente quod suspectæ Cæsaris potentia Italis esset, Cæsar tamen & Gallus magna hoc anno clade Venetos affecere, Danus Hollandiam, Seelandiam & Frisiam bello vexat.
1511. Helvetij etiam & Hispani Venetis ac Pontifici junguntur, quibuscum nunc vario Marte, nec ita felici, Cæsar & Gallus, pugnant.
1512. Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis insigni eruditione, & meritis Italiam ornatur, Cæsariani & Gallus 16000 Pontificiorum profligat.
1513. Helvetij in Italia rem contra Gallos viriliter agunt, cæsis in acie decem millibus. Anhaltinus Cæs. Dux Venetorum 7000. cædit.
1514. Rebellio rusticorum Wirtenbergiæ, capto jam ab ipsis oppido munitissimo Schorn-dorff, immisso equitatu opprimitur. Inferior Germania consopitur.
1515. Cæsi à Gallis prope Marianum Helvetij à Francisci Valesij Regis exercitu. Carolus Archidux pro Belgicis provinciis inauguratur.
1516. Gallus animadvertens Cæsarem in lucrandis Helvetijs sibi plurimum obesse, iustradens Vallem Telinam Bellizonam & alia plurima loca fœderi accensetur.
1517. Geldri per Hollandiam hostiliter grassantur,

- A. C.
- tur, rapina, cæde, incendijs. Lutherus Auctoritatem Pontificiam & SS. Indulgentias publicè impugnat.
1518. Invalescentibus turbis ex novi dogmatis prædicatione, Cæsar Papam interpellat, qui Cardinalem Cajetan. virum doctissimum mittit, Comitiam Augustæ celebrat Imp. subsidium belli Turcici urgens.
1519. Moritur Max I. Imp. æt. 59. Eligitur Frid. Elector Saxon. qui raro exemplo, recusat. Inde Carolus V. nominatus est.
1520. Occurrit ex Hispan. novus Imp. & Aquisgrani coronatur. Wirtenbergius ob iteratam rebellionem proscribitur, Ducatus Cæsari venditur.
1521. Exardescit bellum Cæsarem inter & Galum. Comitij Wormatiensibus Lutherus proscribitur, ejus libri publicè exuruntur.
1522. Lutherum imitati jam plurimi, diversa quisque pro libitu spargunt dogmata, inter se diglantur, quisque dictata sua pro Divinis habens.
1523. Borbonius Dux ad Cæsarem deficit. Georg. Fronspergij laus celebratur.
1524. Carolstadius multis modis Lutheri conatus fatigat, ille Sanctorum imagines ridet, hic propugnat.
1525. Triumphant Cæsareani de Gallo, captumque Cæsari præsentant Wirtenbergis Ducatum parat armis recipere, fortiter repulsus.
1526. Insignis strage rusticorum rebellium annus, multis millib<sup>9</sup> quaquaversum trucidatis.

A. C.

1527. datis. Fronsperg. de confæderat. triumph. Luther. & Zwingl. graviter & turpiter colliduntur. Cæsareani Romam expugnant, Clementem Papam capiunt.
1528. Comitijs Spirens. natum primo *Protestantium* nomen. De mandato Hassiæ Landgravij Zwingl & Lutherani de concordia Religionis frustra laborant. Georg. Fronspergius moritur æt. 54.
1529. Tandem pax Europæ redditur, Cæsar. inter & Pontif. mox & Gallum. Novum morbi genus, sudor Anglicus grassatur.
1530. Carolus Bononiæ primum, de hinc Romæ coronatur. Protestantes Conventu Smalcaldico fædus ineunt. Ingens Belgij inundatio.
1531. Helvetij Zwinglio incitante arma corripunt, fusi à Cathol. eosq; inter Zwinglius occubuit, à morte exustus.
1532. Luthero, Zwinglio & innumeris nova dogmata spargentibus Turca invalescit. Cazanes cum 12000. à Frid. Palat. cæditur.
1533. Dux Geldriæ de Frisij triumphat. Requisiti ad bellum Turcicum Helvetij, turpissime recusant.
1534. Wirttemberg. cæsis Ferdin. Regis copijs ab Hasso ditioni suæ restituitur. Joan à Leyden Sartor Rex eligitur Monasterij.
1535. Expugnatur Monasterium, Rex captus excarnificatur. Iterum Conventus Smalcaldiæ celebratur.
1536. Iterum Cæsar. & Galli in Belgio hostiliter agunt, & varia loca expugnant.
1537. Infeliciter pugnat exercitus Ferd. Regis con-

- A. C.
- tra Turcas apud Ezeum. Papa, Cæsar & Gallus inducias paciscuntur.
1538. Confœderati Smalcaldici multa in Catholicos moliuntur. Mortuo Geldro ea provincia Belgicis adjicitur.
1539. Moritur Isabella Augusta, Caroli V. olim uxor. Georgius Saxonæ Dux Principatum fratri relinquit, jure in Cæsarem translato, si ab avita fide discederet.
1540. Turca Budam expugnat, Inde Comitia solemnna, quibus Cæsar auxilia contra Turcarum progressus deposcit.
1541. Conscriptus multorum ope exercitus in Ungaria Ducum socordia à Turcis profligatur. Philippus Theophrastus Paracelsus moritur.
1542. Cliviæ Dux ob negatam sibi ab Imp. Geldriam fœdus cum Gallo icit, & 20000. exercitum colligit. Locustæ Germaniam devastant.
1543. Cæsaream à Clivensibus profligantur, ulciscitur redux Imperator dein in Galliam movet. Turcæ Strigonium & Albam Regalem occupant.
1544. Cæsariani Parisios ferè usq; arma proferant, ad Caignianum tamen ab Anguineo Cæsareanorum 20000. trucidantur.
1545. Concilium Tridentinum inchoatur, ob pestem postea Bonon. translatum. Henricus Brunsvicens. quod fœderi Schmalcaldico nollet subscribere, à Saxone & Hasso victus, biennium captivus tenetur.
1546. Cruentissimi belli Smalcaldici initium, Protestantibus in ipsum Cæsarem moventibus,

A. C.

- bus, quem Gallus Saxo & Hassus in castris prope Ingolstadium obsident, mox fugam versi, quos ipse insequitur.
1547. Mauritium cognatū Catholicum eversum volens Fridericus Elector, profligatur ab Imp. & capitur. Hassus desperatis rebus supplex, & ipse captivus trahitur, & Cæsar tota Germania potitur.
1548. Liber 26. cap. INTERIM à Cæsare editur. Exauctorato Saxone Mauritius Elector creatur. Augusta ab Imp. reformatur.
1549. Imperator inferiorem Germaniam ad Philippum filium & Hispanos transfert, frēdente Gallo, infensissimæ sibi nationi obtigisse. Ferdinandus Rex per Nicolaum Salmensem in Ungaria felix.
1550. Augustæ Comitia celebrat Cæsar, dein Duce Mauritio Saxone Magdeburgum deditione accipit.
1551. Gallus Metas, Verdunum & Tullum, insignes plumas Aquilæ detrahit, frustra dein à Cæsare tentatas. Mauritius ab Imp deficit.
1552. Mauritius armis in optimè de se meritum Cæsarem versis Oenipontum penetrat. Cæsar tot inter hostes ægrè substituit. Inde *Transactio Passaviensis* misera emerfit.
1553. Mauritius suum etiam hostem nactus Albertum Brandeburgium, etsi victor ad Peinam, paulo post tamen ex vulnere moritur. Marchionem mox denuo Brunsvicensis profligat.
1554. Provincias Germ. Infer. jam Hispanicis factas,

- A. C.
- ctas, Gallus igne & ferro vastat. Occurrit ad Retunum Cæsar, Gallo in seram noctem acerrime obnixo, donec in Italia rem fluctuare audiens, quiesceret.
1555. Iterum Comitij Augustæ celebratis Cæsar, superæ Germaniæ motus compescere conatur. Nostri Gallos classe vincunt.
1556. Resignat fessus laboribus curis & fastidio tantæ multorum perfidiæ, Carolus fratri suo Ferdinando, & ipse in Hispanijs Monasterium inquit.
1557. Ingens Sectariorum inter se colluctatio, etiam eorum, qui ejusdem se sectæ profitebantur. Colloquium Wormat. inter Catholicos & Protestantes, ipsa obstinatione adversariorum sine fructu.
1558. Moritur Carolus V. Gallus Flandriam in festans, magnam cladem accipit.
1559. Conventu Augustano pax inter Principes conciliatur. Dithmarsii à Dano armis subiguntur.
1560. Magdeburgenses Ministri Centurias suas evulgant, sæpius dein explosas, & everfas.
1561. Magnus Principum Conventus Naumburgi celebratur. Invitati ad Concilium Tridentinum Protestantes recusant.
1562. Maximilianus II. Rex Rom. creatur. Infinita Sectarum multitudo, multis in dies penè singulas placita sua mutantibus.
1563. Protestantes Ulmæ Conventum celebrant, paci ut ajebant, stabiliendæ, Catholicis longè aliter sentientibus.

- | A. C. |  |
|-------|--|
| 1564. | Palatini & Wirrtenberg. Conventum celebrant, qui Bucholzero teste, exijt in novas Theologorum digladiationes.  |
| 1565. | Lazarus Schyvendus Cæsari fidem & scientiam militarem in Ungaria egregiè probat, & plurima loca Turcis eripit.   |
| 1566. | Comit. Augustanis sollicitat opem Cæsar contra Turcas Eccius Salmæ Comes & Suendus rursus multa occupant.  |
| 1567. | In Superiore Germania Gotha expugnatur, in inferiore Dux Albanus Aatholicorum conatus reprimat.  |
| 1568. | Duplici memorabili prælio idem Dux adversarios triumphat, priore prope Gröningam ad 8000. obtruncat.   |
| 1569. | Novi in Belgio Episcopatus, rei Cathol. firmandæ instituuntur. Multa millia auxiliarium Hugonottis è Germania à Calvinistis & Protestantibus missorum in Gallijs cæduntur. |
| 1570. | Exundatione maris in Hollandia, Selandia, Flandria, Frisia &c. plurimæ Urbes, oppida, pagi &c. aquis merguntur. Fames ingens.  |
| 1571. | Oenipons in Tirolis magno terræ motu concutitur. Durat etiamnum dirissima fames, immani frigore lacus Potam. obrigit.  |
| 1572. | Wilhelm. Avaricus Holland. & Seelandiam occupat, Avaritia Albani Ducis offensus, plurimi confæderatis se jungunt.  |
| 1573. | Condæus Basileæ agens à Protestantibus exoratur, Turcas contra Catholicos evocare, ipso execrante. Harlemum nostri expugnant.  |



- A. C.
1574. Christophorus Elect. Palat. filius auxilia rebellibus in Hollandiam ducens ab Hispanis interceptus cum omnibus trucidatur.
1575. A catholicis, contra Hispan. Regimen Belgij Elisabethæ Angliæ Reginae deferunt. Rudolphus II. Rex Rom. eligitur.
1576. Maximil. II. Imp. Ratisponæ in Comit. moritur, succedit Rudolphus II. filius. Hisp. præsidarij Castelli Antuerpiani civium 9500. cædunt, præter 4000. aquis mersos, inde majus Hispanorum odium.
1577. Joan. Austriacus rebelles lucrari conatus, exosissimos omnibus Hisp. in patriam & Italiam remittit, ipse eodem nomine odiosus. Belgis German. Principem, Matthiam Cæsaris fratrem advocantibus.
1578. Joan. Austriacus hostium decem millia memorabili prælio ad Nivellam obtruncat, plurima loca occupat. Ipso anno peste moritur, Princeps Auraiicus, præcipuum Emporium Amsterodamum occupat.
1579. Alexander Farnesius Gubern. novus Trajectum ad Mosam expugnat. Reconcilian- tur Regi Egmond. Artesia & Hannonia.
1580. Statibus timidior visus Matthias deseritur, Alemonio Duce ad gubernationem vocato Farnesius Victor prope Gröningam profequitur, victoriam & multa loca occupat.
1581. Alenconij progressus, Cameraco & alijs locis expugnatis, videns Matthias, ultro se abdicat, & discedit. Parmensis benè meretur.
1582. Ingenti lætitia Antwerp. excipitur Alenconi<sup>9</sup>  
& S.

A. C.

- & S. R. I. Marchio & Dux Brabant. salu-  
tatur. Alenconius paulo post periclitatur.
1583. Novum discrimen adit, suspectus de Antver-  
pia Gallo tradenda, purgat se, & execrat<sup>o</sup>  
ingenia adeo inconstantia, in Galliam  
redit. Gebhardus Colon. Elector deficit à  
fide ducta Agnete Mansfeldica.
1584. Ernestus exauctorato Gebhardo electus,  
hunc armis pellere laborat, inde cruen-  
tissimum bellum, Protestantibus Aposta-  
tam juvantibus, Parmensis plurima ex-  
pugnat Aurais globo trajectus perit.
1585. Parmensis Antuerpiam expugnat, dedunt se  
Neomag. Bruxella Mechlinia &c. Con-  
fæd. in Tutelam se Angl. Reginae tradunt.  
Colonienſe bellum invalescit. Mörſenſis  
C. Novesium astu capit.
1586. Lecestrius ab Angla missus Duysburg. Par-  
menſis Venlonam, Noves. Gran. &c. ex-  
pugnat. Protestantes dum concordare  
Mompelgardi constituunt, magis discor-  
des redeunt. Fervet bellum Colonienſe.
1587. Protestantes contra Henric. III Gall. R. re-  
belles misso lectissimo exercitu juvant,  
hunc Guisus ad Aulnaam triumph. Le-  
cestrius periclitans revertitur. Schenckius  
Bonnâ expugnat.
1588. Maximilianus Austr. ad coronam Poloniae  
vocatus cum lectissimo suo exercitu  
profligatur & capitur.
1589. Maximilianus aegrè à captivitate dimittitur.  
Schenckius Neomagum tentans aquis  
mergitur, cadaver dissectum ad 4 Urbis  
angulos suspenditur. Helvetij novo  
fædere

A. C.

- fædere Gallis junguntur.
1590. Parmensis absentia usi Confæderati, Mauriti-  
us Bredam stratagemate & multa ad  
Rhenum & Mosam occupante.
1591. Jusso Parmensi Henrici IV. Gall. Regis pro-  
gressus impedire, Auraicus Zubphania,  
Daventria &c. potitur. Anhaltin. 23000.  
Henrico adducit.
1592. Reversus è Gallia Parmensis moritur. Mor-  
tuo Argentinensi Episc. A. cathol. Brande-  
burgium, Canonici Cathol. Carolum  
Lotharingum eligunt.
1593. Rudolphus Imp. missio lectissimo in Unga-  
riam exercitu rem prosperè gerit. Electi  
pro Argentin. Episcopatu, pugnantes,  
componuntur.
1594. Ernestus Archid. Gubernator Belgij à Rege  
nominatur, interea Auraicus Gröningam  
subigit. Novigradum à Matthia Archidu-  
ce expugnatur. Celebrantur Serinius C. &  
Baro Tieffenbachius.
1595. Moritur Ernestus A. sufficitur Petrus de Fu-  
entes, qui Cameracum expugnat. Carol<sup>9</sup>  
Mansfeldius dum profligatis Turcarum  
50000. Strigonium obsidet, moritur, illo  
paulo post debellato.
1596. Albertus Archid. novus Gubernator Cale-  
to & Arda potitur.
1597. Lues pestilens Germaniam vexat. Conitijs  
Ratispon. agitur de bello contra Turcas  
continuando Auraicus 4. legiones pedi-  
tum Germ & Hispan. profligat. Albertus  
Ambianum profligat.
1598. Adolphus Sch Warzenburg. Javarin. strata-  
gemate

A. C.

- gemate occupat, Thuringia, Saxonia, Mysnia terræ motu vexatur.
1599. Albertus Austr. Isabellam Philippi Regis sororem ducit. Batavorum classis Canarias depopulata, in reditu cum optimis spolijs mergitur.
1600. Castellum S. Andreae occupat Auraius, ad Neoportum congressus cum ipso Archidux vincitur, veniente novo milite ille se recipit.
1601. Albam Regalem expugnat cum Cæsarianis Mercurij Dux. Ferdin. Archidux Canissam tentans, nil efficit. Auraius Bergam, & Nörsam deditioe capit. Sylvam Ducis frustra aggreditur.
1602. Mercurij Dux sanctè moritur. Mauritius dum tumultuantur nostri Graniam occupat, Genevam furtive tentat, sed frustra Sabaudus. Nostri Pestum, Turcæ Albam regalem occupant.
1603. Comitij Ratispon. præsidet Matthias frater Imp. Veneti cum Rhætis fædus sanciunt, quod Hispanos pessime habuit. In Ungaria Mars varius.
1604. Ostenda à Spinola deditioe capitur. Auraius Schlusa Flandriæ & multis locis potitur. Pestum nostri ex metu deserunt.
1605. Eclipsis, quæ pene diem in noctem mutavit. Dux Brunsvic. frustra Luneburg tentat, Spinola Lingam & alia loca occupat.
1606. Botzkaius Transylv. Moldavia & Walachia sed & Strigonio deditioe potitur, æger cum Rudolph. Imp. pacem init, & moritur.

Monuit

- C.
607. Monuit idem ut Ungari cum Rudolpho in gratiam redirent, quod nuac factum : in Belgio quoq; induciæ factæ sunt.
608. Haiduccos rebelles opprimit Matthias Archidux, quod Imp. ægrè tulit, hic cum 20. millibus Pragæ minatus est, hoc anno reconciliatus & Rex Ungar. creatus.
609. Matthias Rex Austriacis, & paulo post Rudolphus Bohemis & Silesijs libertatem Religionis annuit. Induciæ 12. Annorum in Belgio.
610. Uniuntur Halæ Suevorum Protestantium præcipui Principes & Status, qui hoc anno Molzheimium &c. occupant.
611. Anhaltinus tecto capite Cæsarem alloquitur, & litteras eidem scribit fastu & contemptu intolerandis. Attonita stupet Germania.
612. Moritur Rudolphus Imp. succedit Matthias & coronatur, ex quo tempore arma non nihil quievire.
613. Protestantes Comitij Ratispon. de Catholicis queruntur, cum isti de illis deberent, à quibus jam omnes erant neci destinati.
614. Aquisgranum & Mülheimium urbes Cæsaris palam jussu contemnentis expugnat Spinola, Prodigia passim in aëre apparent.
615. Dum magni contra Turcam apparatus fiunt, ipse per Legatos pacem exambit. Offensi Spinolæ facto Protestantes, jam non palam Catholicis minantur.

- A. C.
1616. Anseaticæ uræes ob initum fædus cum Or  
din. Cæsari se purgant, in Belgio Sufatur  
& Dortmundam nostri occupant.
1617. Protestantes Jubilæum Religionis suæ an  
num centesimum solemniter celebrant  
quorum Principes dehortante Cæsari  
Hailbrunnæ conveniunt. Ferdinandus II  
Rex Bohemiæ creatur.
1618. Ferdinandus Ungariæ Rex salutatur, per  
cujus absentiam, Bohemi ipso reclaman  
te Comitia celebrant, & dehortantem  
Selabatam Comitem cum socijs per fe  
nestras dejiciunt.
1619. Mortuo Matthia Imp. sufficitur Ferdin. II.  
contra quem Bohemi Fridericum Elef.  
Palat. evocant & coronant; Turriano  
mox Comite Viennam obsidente, ter mi  
nimum â Bucquoio, contuso.
1620. Ungari Bethlenum Regem creant, Saxo Lu  
fatiam, Bucquojus Moraviam recipiunt,  
Boius Palatinum Pragensi bello cum Un  
garis triumphat, hostium decem millibus  
cæsis & mersis.
1621. Ungari, quod Bethlenus Tartaros invitaret  
graviter offensi, Cæsari reconciliantur.  
Mansfeldius â Boio pressus, mentitur ob  
sequium, mox fidem rumpens, cum peri  
culum evasisset.
1622. Bethlenus Cæsari reconciliatur. Badenus  
memorabili prope Wimpfen prælio pro  
fligatur. Christianus Brunsvic. bis hoc an  
no magna clade afficitur. Sed & Mans  
feldius cæditur.
1623. Tillius & Anholtius cum 5000. Halbersta  
densis

- A. C.
1624. densis 30000. exerc. fundunt, cæsis 5000. captis 6000. Bethlenus denuo Ungariam invadit, & 80000. Turcarum abducit.
1624. Turca Bethleni in Cæs. perfidia cognita suos revocat. Bethlenus denuo gratiam Cæs. ambit, & impetrat. Maximil. Bavar. Dux S.R.I. Elector designatur.
1625. Vastant Germaniam novo exercitu, ex Anglia & Gallijs adducto, Halberstad. & Mansfeldensis, nil memorabile efficiunt.
1626. Evocatus à Protestantibus & concitatus ab Anglo Daniæ Rex in Germaniam involat, singulas ferè pugnas suorum clade confignat. Missis auxilijs Polono Cæsar victum ab illo Suecum irritavit.
1627. Danus non una clade obtritus. Bethlenus denuo reconciliatus. Res in Rhætia componuntur. Mansfeldius multa in Silesia occupat, quæ mox Fridlandus recuperat.
1628. Perniciosissimum rei Catholicæ bellum Mantuanum cuditur. Saxo graviter à Cæsare offenditur, quod ejus filium electum Magdeburgi Administratorem recusaret, suum promoveret.
1629. Bello Mantuano, Pontifex & Gallus gravissimè offenduntur, respirant & plaudunt Protestantes, ac vires recolligunt Sueco evocato. Bona Eccl. repetit Cæsar. Hollandi Sylvam Ducis expugnant.
1630. Brevis plausus ab expugnata Mantua, Sueco mox Imperium invadente. Cænobia Wirt-

A. C.

- Wirttenbergiē restituta magis offendū
1631. Magdeburgi eversio, nimis quantum ar-  
mos exulcerat. Suecus nostrorum 8000  
prope Lipsiam cædit. Saxo ex amico ho-  
stis Bohemiam & Pragam cepit. Pappen-  
heimius belli fulmen fortiter agit.
1632. Tillius prælio ad Rainam vulneratus paulo  
post obiit Prælio ad Luzam Gustavus Rex  
& Pappenheimius occumbunt, hic læti-  
simus, quod Regem jam mortuum intel-  
lexisset.
1633. Vinarius multas urbes occupat, cujus cona-  
tus Joan. de Werdt intercepit. Lunæ-  
burgius apud Allendorpum nostros pro-  
fligat, & Hameliam occupat. Hornius  
summo conatu Constantiam sed frustra  
tentat.
1634. Walsteinius conspirat contra Cæs oppres-  
sus mactatur, Ferdinandus III, Rex Un-  
gar. arma induitur, felicissimum dum  
ipsum rebus adesset, prope Nordlingam  
cæsis hostium 12 captis sex millibus.
1635. Paciscitur cum Saxone Cæsar quem secuti  
Electo Brandenburg. Georg Lunæburgi  
alijq; Sueci exclusi, arma restaurant, Gal-  
lus palam Cæsari bellum indicit.
1636. Saxonem Sueci gravi clade atterunt, Galli  
Burgundiam, Cæsar & Hispani Galliam  
invadunt, hos Gallus in Belgium rejicit,  
nostros fames, cujus ipsi causa. Ferdinan-  
dus III. creatur Rex Rom.
1637. Ferdinandus II. Imp. Aug. Principum opt.  
moritur, succedit III. incomparabilis  
pietate, eruditione, sapientia. Bannerius  
Torgam



- A C.
1638. Torgam expugnat, â Saxone in Pomerniam usque repulsus, Breda amittitur. Hatzfeldius Carol. Lud & Rupertum Palat. profligat, hoc etiam capto. Vinarius hoc anno quartum Victor de Cæsareanis, Brisfacū, eousq; visum expugnabile occupat.
1639. Vinarius Neoburgi ad Rhenum extinguitur, curam exercitus relinquens 4. supremis tribunis, qui auro deliniti Gallico, clavem Regni German. Brisfaci Gallo tradidere, Galassius resignat, succedit Archidux.
1640. Bannerio penè oppresso nostrorum multitudine, adsunt Dux Lunæburg. & Longovillanus. Cæsar Comitia Ratisponæ celebrat.
1641. Bannerius Cæsarem repente oppressurus Ratisponam advolat, luit non multo post Schlangij cum 4. millibus strage, ipse quoque in extremas angustias redactus, mox etiam morte ablati.
1642. Lamboius â Vinariensibus & Hassis cæditur. Königsmarckius, & Dorstenfonius rem fortiter agunt, hic Archiducem profligat, peditatu ferè omni fuso aut capto, equitatu in fugam verso.
1643. Sueci â Cæsareanis prope Dutlingam cæsi. Insignem cladem Francisco Melo infert ad Rocroam Dux Anguiensis.
1644. Sueci non denunciato bello Danum invadunt, interea nostri multa recipiunt. Anguiensis nostros in castris aggreditur, fame tamen pulsus, magno Rheni tractu, Aurelianensis Grevelinga potitur.
1645. Cæsar cum Transilyvano, Danus cum Sueco pacem

A. C.

- pacem constituunt. Hic regressus Galafsum omni ferè peditatu obtrito in fugam agit. Hazfeld. vincit & capit, Merc<sup>o</sup> Turenium, Anguiensis Merc. profligat, hoc etiam occiso & capto Gelenio.
1646. Abdicat Torstenson. succedit Vrangeli<sup>o</sup>, qui mox Henxteram & plura occupat. Anguiensis memorabili felicitate Dunquercka potitur.
1647. Brigantium occupat Vrangeli<sup>us</sup>, mox Mainaugiam, Lindovium frustra tentat, pactis cum Bavaro inducijs in Bohemiam movet, Ægram occupat, Melander Marpurgum capit & expoliat.
1648. Vrangeli<sup>us</sup> Cæsarianos opprimit, cæso in acie Melandro, Königsmarck. arce Pragensi cum thesauris maximis potitur. Interea Pax Monasterij & Osnaburgi concluditur.
1649. Pax supero anno conclusa toto orbe vulgatur, cui stabiliendæ, & exequendæ varij Conventus instituntur. Quæ exin gesta, cum in oculis omnium fuerint, sint que omnia in recenti memoria, referre de industria super sedemus, suo tempori reservaturi, ne memoria excidant, ea in primis, quæ digniora sint, ut à posteris cognoscantur.

*DEUS Benedictus!*





A2660

OTMY

X R

J664

B918g

